DE
# OTHONIBVS AEREIS
QVOS IN NVMOPHYLACIO DEWITZIANO
PVBLICA GYMNASII ELBINGENSIS BIBLIOTHECA POSSIDET
NONNVLLA DISSERENS
AD
# ENCAENIORVM ATHENAEI DRVSICI
SOLEMNIA
*A. MDCCLXXIII. D. XXV. NOV.*
H. L. Q. C.
PIE CELEBRANDA
## ILLVSTRES ET GENEROSISSIMOS MAECENATES
NEC NON
## MAGNIFICVM ET AMPLISSIMVM CIVITATIS PATRIAE MAGISTRATVM
AC RELIQVOS
DIGNITATVM ET OFFICIORVM OMNIVM
VIROS
QVI LITTERARVM STVDIIS DELECTANTVR
SVBMISSE DEBITE DECENTERQVE
INVITAT

*IOANNES LANGIVS*
GYMN. RECT. PR. TH. PVBL. ET BIBL.
NON REGIAE SOCIETATIS ET ARTIVM FRANCOFVRTANAE
MEMBRVM HONORARIVM.

---

ELBINGAE, STANNO NOHRMANNIANO.

290
dubl. do 608

Pol. 8.H.4735

Obſoleta rubiginoſae vetuſtatis monumenta, quae in praeſtantiſſimis Principum, aliisque tam publicis quam priuatis numophylaciis viſuntur, vel oculo ſaltem fugitiuo contemplantibus, inter alia occurrunt numismata, Othone Augusto, ad Romani imperii clauum ſedente, cuſa, ingentes rei numariae amatoribus deliciae & curioſitatis incitamenta. Illa enim non heri demum aut nudius tertius antiquitatis ſtudioſos attentos ſollicitosque reddidere, ſed multis jam abhinc temporibus omnis generis eruditi in eo fuere toti, vt certi quid de Othonibus haberent, quod de illis gloriari poſſent, aliis de eorum exiſtentia dubitantibus, aliis eam plane negantibus.

Quem numorum Othonis indagandorum laborem, antiquariis olim intactum, ex profeſſo in ſemet ſuſcepit Chifletius, multorum deſiderio prouocatus. Hic enim Henricus Thomas, Joann[...] Jacobi Chifletii filius, felix paternarum ſcientiarum haeres, in d[...]ſertatione erudita a) numismata Othonis ex auro & argento c[...] legitima quidem & authentica; omnia vero ex viliori aeris metallo



[...] *Othonibus aereis.*

metallo adulterina & ſuppoſititia eſſe, multis euincere ſtudet argumentis. Quo ille non modo in multorum prioris ſaeculi eruditorum ſententiam deſcendit, ſed Chriſtinae etiam, Sereniſſimae Suecorum Reginae ſuum addidit calculum, quae Othones aereos adeo in dubium vocauit, vt profiteretur, eum, qui Othonem reperit antiquum, lapidem inueniſſe philoſophicum.

Nec deeſſe videntur argumenta, quibus nonnulli numismatibus Othonis aereis falſitatis & adulterii notam inurere ſtudent. Prouocant ad breuiſſimum Othonis imperium: quippe teſte Suetonio b) nonaginta tantummodo & quinque diebus regnauit, diademate ornatus. Aſt quot quaeſo centena millia numorum etiam per tres & quod excurrit menſes excudi poſſunt, maxime ſi pondus & materia in multo apparatu, & vt facile credere licet, plures in Romanorum poteſtate fuerunt officinae monetales, in quibus aurum & argentum, aliaque metalla auctoritate publica ſignari ſolebant.

Prouocant porro, vt reliqua ſilentii peplo inuoluam, ad notam S. C. numis aereis, quae Othonis nomen gerunt, additam, probaturi, nulla eo regnante ex viliori aere cuſa eſſe mumiſmata. Cum enim Othoni, militum ſtudio ad imperium euecto, Principes vrbis minime fauerent: nec in honorem ejus ex Senatus, penes quem aeris ſignandi auctoritas erat, conſulto aerea decreta eſſe numismata, ſtatuunt. Verum enim vero, quamuis non negandum ſit, Othonem inuito Senatu populoque Romano faſtigium imperiale conſcendiſſe: Patres tamen conſcripti Imperatoris forſan animum vt verbis aliisque honorum indiciis, ita etiam numis aereis, cum formula S. C. cuſis, hac ratione vel capere & in partes ſuas trahere, vel ſuam in Caeſarem indignationem iisdem diſſimulare voluerunt. Quin imo Otho ipſe, [illegible]

us

b) in *vita Othonis*, c. XI.

ſtratus in ſe fauore poſtea certus, narrante Tacito: c) **Senatus,** inquit, nobiscum eſt.

Lubens quidem concedo, multos priorum temporum antiquitatis ſtudioſos nullos Othones aereos vidiſſe, nec de iis quid audiuiſſe, tum ex inuidia fortunae, tum neglectu curae in examinandis numis neceſſariae. Hinc Jo. Sambucus, Hungarus quidam, de augmento numophylacii ſui gloribundus ita ſcribit: d) Eſt mihi inter cetera antiqui operis numismata Otho aereus, vnicus, quod ſciam, in Europa. Inde omnino venit, vt eruditi ingens Othonibus aereis ſtatuerent pretium. Carolus enim Croyus, Dux Arſchotanus, vt ex Chifletio e) Agnethler f) enarrat, pro vno Othone aereo, & quidem ſuppoſititio quingentos ſupra mille brabanticos florenos expendit, & Laeuinus Hulſius numum aereum Othonis authenticum aliquot centum, imo mille aeſtimauit aureos; Lojolita vero Jobertus Othonem latinum primae magnitudinis plane inaeſtimabilem ſtatuit.

Cum vero aeuo noſtro melior ſane notitiae numariae appareat conditio, antiquitatis quoque ſtudioſi in eruendis Othonibus aereis feliciori deſudarunt ſidere, adeo vt Chifletius quoque ipſe ab opinione ſua poſtea receſſiſſe, multaque pro Othonis numorum aereorum confirmatione poſtea attuliſſe dicatur. Ingens enim Othonum meſſis ſtudij numismatici cultoribus hoc ſaeculo ſemet obtulit. Non enim modo eruditionis fama inclutus Vaillant ſcribit, g) Romam aliasque Italiae & Galliae ciuitates integerrimos ex omni forma & metallo in cimeliis ſuis venerari Othones quam

3 plurimos,

c) in *Hiſt.* L. I. c. 84.

d) in *epiſt. ad Jo. Grolierum.*

e) in *diſſ. de Othonibus aereis*, p. 18.

f) in der Beſchreibung des Schulziſchen Münzcabinets, P. III. p. 31.

g) in *praeſt. Impp. Rom. numism.* P. I. p. 183.

plurimos, ſed Schlaegerus etiam fatetur, h) ſe numos Imperatoris hujus aereos viginti ſex, eosque antiquos & vidiſſe & contrectaſſe. Ad quos ſicuti omnino referendi ſunt, quos numophylacium habet Burkhardinum; ita in Schulziano quoque genuinos & legitimos ex aere Othones obuios exſtitiſſe, fuſius exponit Agnethler. i)

Publicae itaque Gymnaſii Elbingenſis Bibliothecae gratulandum eſt, quod & illa in numophylacio Dewitziano ſuos ex aere poſſideat Othones. k)

Primus primae magnitudinis numus l) in anteriori parte caput exhibet Auguſti cum capillamento vndulato ſeu per gradus in ordinem diſpoſito, quo propter raritatem capillorum vſus eſt, m) dextrorſum ſpectans, addito lemmate IMP OTHO CAESAR AVG TRI POT. In poſteriori autem femina conſpicitur ſtans, in dextra lauream & in ſiniſtra haſtam tenens, ad cujus vtrumque latus viſuntur

h) in *praef. ad numophyl. Burkhardianum*, p. 22.

i) l. c. p. 29.

k) Adſunt etiam in laudato Dewitzii numophylacio duo numi M. Saluii Othonis, Othonis Auguſti aui. In vtriusque antica apparet caput cum inſcriptione CAESAR AVGVST PONT MAX TRIBVNIC POT. In poſtica area leguntur litterae S. C, typo majori expreſſae, circum quas haec epigraphe M. SALVIVS OTHO III VIR A A A F F. In vnius vero ex his duobus parte anteriori ad dextram faciei addita eſt tudicula, nonnullis litteris inter ſe connexis & implicatis conſtans. Inter quas diſcerni poſſunt CAS, ac ſi Caeſar legendum foret, quamuis alii hoc ſignum notam eſſe velint monetalem, qua valor hujusmodi numorum aereorum, quando monetae locum impleuerint, indicetur. Conf. *Patin fam. Rom.* p. 245. infra n. 2. & *Numophyl. Schulzianum*, P. I. p. 257.

l) vid. *Begeri theſ. Brandenb.* p. 627. *Regum & Impp. Rom. numismata, Caro[…] Croyiaci & Arſchotani cura congeſta, ex edit. Begeri*, T. XXIII. n. […] *Jacobaei muſeum regium.* p. 179. Die allgemeine Welthiſtorie. Th. 3. […] 26. Agnethlers röm. Kayſer Münzen. n. 127. p. 32. Tab. I. fig. VIII.

m) *Suet. in vita Othonis*, c. XII.

viſuntur litterae S C. Circum circa leguntur verba SECVRITAS P R ad deſignandum, populo Romano incolumitatem pacemque Othonis victoriis eſſe partam. — Nullus dubilo, quin hunc numum ad veros, legitimos & authenticos referam: rugoſa enim & inaequalis ejus ora, viridisque illa aerugo, qua totus obductus eſt, id confiteri jubent.

Alter numus Othonis ex aere ejusdem eſt magnitudinis ac prior, n) in cujus antica caput, ſiniſtra ſpectans, cum galericulo ornatum conſpicitur, & elogio IMP OTHO CAESAR AVG TRI POT. In poſtica vero Otho togatus, ad altare ſtans, duci exercitus, a tribus militibus cum vexillis Romanorum ſtipato, in ſignum concordiae dextram tradit, cum epigraphe SECVRITAS P R & litteris in imo ſcriptis S C. — De hoc numo quid ſtatuam haeſito. Extima enim ejusdem ora non quidem tota plana eſt & acuta, ſed ex parte rugoſa. Interim deeſt ei nobilis illa aerugo, niſi dicere velis, eam in poliendo lauandoque numo a ſuperficie ejusdem detritam eſſe.

Sequitur numus Othonis ex aere tertiae magnitudinis vere antiquus. Cujus in aduerſo latere caput Auguſti nudum, ad ſiniſtram ſpectans, videtur cum titulo OTHO CAES AVG TR POT. In auerſo autem femina ſedet togata, Romam denotans, quae ſiniſtram manum in ſignum ſecuritatis ſellae imponit, in dextra vero victiriolam tenens, additis litteris S C. — Cujus monetae nec numophylacium Burkhardianum nec Schulzianum mentionem faciunt, & dum omnes antiquitatis notas characteriſticas habet, eo majori aeſtimio & pretio eſt habendus.

Sed

n) [illegible]gnethler l. c. n. 126. p. 29. & Tab. I. Fig. VII. *Oiſelii theſ. num. antiqu.* Tab. III. n. 8. & Tab. LX. n. 2. *Chifletius* l. c. p. 16.

Sed juuat pietatem ab antiquiſſimorum monumentorum, quae Othones in Bibliotheca Gymnaſii exſtantes mihi ſuppeditarunt, contemplatione ad diuinum illud reuocare beneficium, quod prouida Altiſſimi cura regnante FRIDERICO SAPIENTE Muſis Elbingenſibus in mentem redigere voluit. Inſtat quippe dies Athenaei patrii natalis, isque centeſimus ſeptuageſimus quartus, craſtina luce pio gratoque in DEVM & REGEM NOSTRVM CLEMENTISSIMVM animo celebrandus. Cui feſtiuitati vt accedat ornamentum, *Vir Præclariſſimus Doctiſſimusque IOANNES SAMVEL FROM, Gymnaſii Conrector ac Profeſſor Publicus*, Amicus noſter aeſtumatiſſimus, ex coetu ſcholaſtico eos, quos adjecta indicat plagula, tirones in ſcenam introducet, DE GRATIA ET FAVORE verba facturos.

Quem pium conatum vt ILLVSTRES & GENEROSISSIMI MAECENATES, nec non MAGNIFICVS ac AMPLISSIMVS CIVITATIS MAGISTRATVS, ut & EXPERIENTISSIMI PLVRIMVM REVERENDI, PRAENOBILES, NOBILES SPECTABILES, HVMANISSIMIQVE MVSARVM PATRONI ac FAVTORES praeſentia ſua honorificentiſſima probare, pietati ſcholaſticae beneuole intereſſe, & publicis pro conſeruatione ac flore Gymnaſii votis & ſupplicationibus, vota ſua, ſuasque addere dignentur ſupplicationes, ea, qua par eſt, obſeruantia ac humanitatis affectu rogamus. Publ. D. XXIV. Nov. MDCCLXXIII.

310

AD

# ENCAENIA GYMNASII

ACTV ORATORIO

DE SPECIE FALLACI

D. XXIV. NOV. A. MDCCLXXIV

SOLEMNI RITV CELEBRANDA,

VIROS

GENEROSSIMOS,

MILITARI DIGNITATE CONSPICVOS,

NEC NON

MAGNIFICVM AC AMPLISSIMVM SENATVM

CIVITATIS PATRIAE,

TVM ETIAM

QVOSVIS ALIOS MVNERVM AC HONESTATIS LAVDE ORNATOS

ERALIVM ARTIVM FAVTORES,

QVA PAR EST

RENTIA OBSERVANTIA ET HVMANITATE

INVITAT

ANNES SAMVEL FROM

CONR. ET P. P.

NGAE, LITTERIS NOHRMANNIANIS.

Der Vorredner

Nathanael George Land

zeiget einer Hochanſehnlichen Verſammlung den Inhalt der anzuſtellenden Redübung an, beſtimmet den Verſtand deſſelben näher, und empfielet den ganzen Vortrag zu einem geneigten Gehör.

---

# Der Schein betriegt.

## Abſchnitt I.

## In natürlichen Dingen.

### Scene I.

Samuel Chriſtian Schmidt
Johann George Heinrich Land
Johann Karl Ernſt von Pflantz
George Michael Moiſchewitz
Andreas Friedrich Binding
Johann Samuel Schönborn
führen einige Beyſpiele an, wie der Schein in der Natur betriege.

### Scene II.

George Theodor Land

unter dem Namen des Verwalters Lucas Dreehaar.
Es wird ihm in einem Briefe eine Anleitung gegeben, das Landgut in üb[illegible] Ruf zu bringen.

### Scene III.

Johann Peter Schumacher,

der den Herrn Unverholen vorſtellet,
und der vorige.

Praxis der Anleitung; daß nemlich das Landgut nicht ſo vorzü[illegible] es natürlich ſcheinet.

### Scene IV.

Ferdinand Theodor Brakenhauſer

der die Rolle des Herrn Flauſen ſpielet,
und Schumacher.

36

Die Kunſt giebt ihren Werken oft den Schein der Natur. Flauſen ſiehet eine lebendige Perſon für eine Wachspuppe, und die Katze eine künſtlich verfertigte Maus für eine natürliche an.

Scene V.

## Schumacher

und

Joh. Friedr. Michael Sieffert | Jakob Daniel Zabienski
Johann Ferdinand Konopacki | Samuel Gottfried Frenzel.

Abfertigung eines Pyrrhoniſten, Egoiſten, Idealiſten und Stoikers.

Scene VI.

## Karl Wilhelm Fromme

Wiefern der äußre Schein in natürlichen Dingen betriegt.

Scene VII.

## Brakenhauſen und Friedrich Wilhelm Liſt,

in der Perſon des Herrn Läppſch.

Die Sinne täuſchen, wegen fremder Zwiſchenmaterien. Dem Läppſch kommt eine Stadt wie eine Liſchke vor u. ſ. w.

Scene VIII.

## Die vorigen

und

Iſrael Zimmermann | Johann Heinrich Hank
Karl Ferdinand Sieffert | Daniel Jakob Baſſermann.

Blendwerke eines Taſchenſpielers, Zauberers, Goldmachers und Wunderthäters.

Scene IX.

## Liſt und Daniel Samuel Rogge,

unter der angenommenen Perſon des Herrn Thugroß.

[illegible]lchen Blendwerken nicht zu glauben, wofür auch das Gerücht von einer vorſeyenden Reiſe ausgegeben wird.

Scene X.

Karl von Rohr | Samuel Ephraim Knebel
Samuel Thießen | George Salomon Pfeiler
Philipp Gottlieb Knebel.

Entſchuldigungen mit dem Betruge des Scheines.

## Abſchnitt II.

# Im moraliſchen Zuſtande.

Scene I.

### Friedrich Haage.

Ob es erlaubt ſey, ſich zu verſtellen?

Scene II.

### Nathanael George Land,

der Herrn Prüfſtein,

und

### Daniel Friedrich Conradi,

der Herrn Bedenklich vorſtellet.

Prüfſtein will ſich für den Bedenklich ausgeben, und Urſachen davon.

Scene III.

### Die vorigen und Liſt.

Befremdung wegen einiger dem Scheine nach ausgekundſchafteten verborgenen Umſtände.

Scene IV.

| | |
|---|---|
| Johann Daniel Braun | Jakob Gottlieb Gröning |
| Sigmund Auguſt Sieffert | Karl Auguſt Friedrich von Block |
| Johann Karl Friedrich Kobligk | Jakob Gottfried Moiſchewitz |
| Gottfried Schipplick | Gottfried Kopenhagen |
| Chriſtian Ephraim Schröter | Johann Theodor Gottfried Kawera |

Von den Maſkeraden der Seele.

Scene V.

### Michael Gottlieb Fuchs,

unter der Rolle des Herrn Schlange

und Rogge.

Schlange benebelt den Thugroß durch ausgeſtreueten Weihr

brachten Verdacht.

Scene VI.

### Rogge und Johann George Scheide,

der Herrn Sagmann vorſtellet.

Sagmann verſucht dem Thugroß durch Mercurialien die Augen zu öffnen, der ſie aber noch feſter zudrückt, doch in der Faſſung der Beſcheidenheit bleibt.

Scene VII.

## Rogge.

Urſachen davon. Der Zwang fällt ihm ſauer.

Scene VIII.

## Gottfried Scheiberlin.

Anzeige der Mittel, wie man die Verſtellung errathen könne.

Scene IX.

## Fuchs und Conradi.

Bedenkliche und zweydeutige Beſchaffenheit der ſcheinbar glücklichen Umſtände des Thugroß.

Scene X.

## Brakenhauſen und Fuchs.

Thugroß bekommt ſeine volle Lage. Anſchlag wegen des für Bedenklich von Prüfſtein zu kaufenden Landgutes.

Scene XI.

## Nathanael George Land und Brakenhauſen.

Flauſen giebt ſich bey dem für Bedenklich gehaltenen Prüfſtein für den Unverholen aus, und ſchildert den als verſtorben geglaubten Prüfſtein nicht von der beſten Seite.

Scene XII.

## Die vorigen und Liſt

und

Johann Gottlieb Mittag — Johann Chriſtian Porſch
Franz Johann Gotthelf Dorſch — Philipp Schröter
Johann Daniel Rogge.

...nhafte Erfindungen und Vorſchläge hinter den Schein zu kommen, und die Geſinnungen der Menſchen zu erfahren.

Scene XIII.

## N. G. Land und Brakenhauſen.

...rung, das dem Unverholen vorgeblich zugehörige Landgut zu räumen.

Scene XIV.

## N. G. Land und Schumacher.

...r Urſachen, warum die Verſtellung unter den ſchönen Geiſtern ...chung des moraliſchen Geſchmackes Mode geworden.

Scene XV.

## Die vorigen und

Johann Jakob Müller — Friedr. Chriſtoph Heinrich Dewitz

Karl Ferdinand Ramſey — Martin Thomas Schmidt

George Chriſtian Theodor Brakenhauſen.

Bitte im Namen der Verbindungswörter, Interjectionen, der gedankenloſen ſchimmernden Redensarten, der alten äſthetiſchen Spielwerke und Sprachmiſcherey, nebſt dem Beſcheide darüber.

Scene XVI.

## Johann Friedrich Konopacki.

Von den Gegenſtänden der Verſtellung.

Scene XVII.

## Conradi und Rogge.

Thugroß ſoll vor den zween fremden Commiſſarien wegen der fremden Gelder Rechnung ablegen, wozu er keine Ohren hat.

Scene XVIII.

## Conradi und G. T. Land.

Dreehaar ſaget dem Bedenklich, weil er es zu ſeyn leugnet, ſeine Fehler trocken unter die Augen.

Scene XIX.

## Die vorigen und N. G. Land.

Dreehaar thut dem Prüfſtein, als vermeinten Bedenklich, wegen der gemachte[n] Schilderung eine Ehrenerklärung.

Scene XX.

## N. G. Land und Conradi.

Prüfſteins Urtheil vom Charakter des Flauſen, Unverholen, Thugroß und L[...] und Unzufriedenheit mit der durch Flauſen geſpielten Perſon des Unver[...]

Scene XXI.

## Conradi und Scheide.

Charakter des Thugroß, von Sagmann nach dem Leben ge[...] Fürbitte des letztern für jenen.

Scene XXII.

## Fuchs und Conradi.

Geheime Geſchichte des Thugroß.

Scene XXIII.

## Fuchs und Scheide.

Sagmann belauſchet den Schlange bey ſeiner Verleumdung, und ſtellet ihm ſolche nachdrücklich vor.

Scene XXIV.

## Fuchs und Rogge.

Thugroß kann dem Schlange die ihm ſchuldige Summe nicht lehnen, weil er ſelbſt alle ſein Geld und Koſtbarkeiten, nach ſeinem Vorgeben, ausgeliehen hat.

Scene XXV.

## Brakenhauſen und Rogge.

Flauſen verſpricht dem Thugroß gegen ein Preſent aus ſeiner Verlegenheit zu helfen.

Scene XXVI.

## Liſt und Rogge.

Thugroß hat Kopfſchmerzen, und Läppſch zur Geſellſchaft mit. Cur derſelben durch Galanteriewaaren.

Scene XXVII.

## Johann Reinhold Leopold Böhm.

Man muß den Schein des Böſen meiden.

Scene XXVIII.

## Brakenhauſen und Fuchs.

Flauſen entdeckt die Wehen des Thugroß, und thut einen Seitenblick nach der verſprochenen goldnen Uhr.

Scene XXIX.

## Brakenhauſen und Liſt.

Mi[illegible]machen. Läppſch veranſtaltet eine prächtige Ausgabe ſeiner Anemologie, wofür er ſich ein Fürſtenthum zu kaufen gedenket.

Scene XXX.

## Schumacher und Liſt.

[illegible]en vor dem Betruge des Scheins für ſicher hält, wird am erſten betrogen.

Scene XXXI.

## N. G. Land und Schumacher.

[illegible]ſſen betriegt der Schein, ſowohl zum Vortheil, als Nachtheil derſelben.

Scene

Scene XXXII.

## N. G. Land und Scheide.

Sagmann bietet ſich für Thuaroß zum Bürgen an.

Scene XXXIII.

## Die vorigen und Conradi.

Die Bürgſchaft wird von beyden Commiſſarien unter Bedingungen angenommen.

Scene XXXIV.

## Die vorigen und Rogge.

Dem Thugroß gehen mit Rührung die Augen auf; er ſchämet ſich ſeiner Verblendung und verſpricht Beſſerung.

Scene XXXV.

## Die vorigen und Fuchs.

Dem Schlange wird die Maske abgenommen.

Scene XXXVI.

## Brakenhauſen, Fuchs und Conradi.

Troſtloſer Zuſtand des Schlange.

Scene XXXVII.

## N. G. Land, Brakenhauſen und Conradi.

Prüfſtein freuet ſich, daß Flauſen, der nun verrathen wird, nicht Unverholen iſt.

Scene XXXVIII.

## Die vorigen und Schumacher.

Prüfſtein und Unverholen geben ſich beyde voller Freude als Vettern zu erk... nen. Flauſen thut dem Prüfſtein eine Ehrenerklärung, wegen der ihm als vorgegebenem Bedenklich von dem für todt gehaltenen Prüfſtein gemachten Abbildung.

Scene XXXIX.

## N. G. Land, Conradi und G. T. Land.

Der Verwalter Dreehaar erfähret, daß Prüfſtein ſein rechter Herr iſt, thut dem Bedenklich, wegen der ihm ehemals mitgetheilten ungenehmen Nachrichten von demſelben, Abbitte.

## Der Nachredner.

## Theodor Ferdinand K..pen

hält eine Nachleſe von den Folgen der Verſtellung, danket fü... gegönnte Aufmerkſamkeit, bittet um gütige Aufnahme, und ... wohlgemeinten Wünſchen den Beſchluß.

314

# PLINIANA IN TRAIANVM PIETATE
PAVCIS EXPOSITA

AD

# GENIALE SACRVM

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO

PRINCIPI ET DOMINO

DOMINO

# FRIDERICO II.

BORVSSORVM REGI

MARCHIONI BRANDENBVRGICO

S. R. I. ARCHICAMERARIO ET PRINCIPI ELECTORI

SVPREMO SILESIAE DVCI

&c. &c. &c.

DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO

CRASTINA LVCE

*IN GYMNASIO ELBINGENSI*

HVMILLIME FACIENDVM

ILLVSTRES ET GENEROSISSIMOS

MAECENATES

NEC NON

MAGNIFICVM ET AMPLISSIMVM

ATIS REGIAE MAGISTRATVM

RELIQVOS ETIAM

RVM PATRONOS ET FAVTORES

MNI REVERENTIA AC HVMANITATE

INVITAT

ANNES LANGIVS

RECT. PR. THEOL. PVBL. ET BIBL.

ENTIARVM AC ARTIVM SOCIETATIS QVAE FRAN.

VRTI FLORET MEMBRVM HONORARIVM.

---

*NGAE, STANNO NOHRMANNIANO.*

37

Quodſi reges ac principes certiſſimos felicitatis publicae aſſertores, fidiſſimosque communis gaudii auctores vere aeſtimamus: non poſſumus non, quin tam grande coeli depoſitum & praeſentiſſimum diuini amoris pignus deuotiſſima veneratione ſemper colamus. Quo enim modo vaſtiſſima regnorum ac rerumpublicarum moles ſibi conſtaret, niſi eis principes & patres patriae coelitus dati contingerent, quorum auſpiciis imperium gubernari, & populi, intra juſtam aequitatis le-[illegible]ue orbitam coerciti, de tranquillitate ac [illegible]a laetari poſſent? Quo majus ergo in [illegible]olica conſeruanda poſitum eſt beneficium, [illegible] pietate ſuperiorum vitam, florem ac

incolumitatem omnes commendatam ſibi habeant, neceſſe eſt.

Agnita hinc dominantium neceſſitate, veteres chriſtiani pietatis, regibus exhibendae, rationem habere, eosque ſumma veneratione nullo non tempore proſequi, volupe duxerunt. Studebant enim principibus in omnibus rebus, quibus fides & religio non laeduntur, obſequium praeſtare, & admonitioni apoſtoli facturi ſatis, pro imperatorum quoque ſalute vota precesque ad DEVM fundebant, vt vitam illis prolixam, imperium ſecurum, exercitus fortes, populum probum, aliaque bona per longam annorum ſeriem concedere vellet. Eos enim non fugiebat, imperantium ſalutem omnis & publicae & priuatae felicitatis caput eſſe, coelumque piis ciuium precibus, quibus ad vitam bene beateq... gendam, DEO, quae DEI, & princ... principis ſunt, dantur.

Hic vero mos, haec conſuetudo, terrarum dominis maxime in feſtis natalium diebus fauſta quaeuis apprecandi, non inter chriſticolas modo innotuit, ſed profani etiam numinum cultores eundem in vſu habuerunt. Quae enim, vt ceteros ſilentii peplo inuoluam, Plinii in Trajanum fuerit pietas, ipſemet in ſcriptis ſuis teſtatur. Quippe conſul deſignatus in fine orationis ſuae panegyricae, imperatori ex ſenatusconſulto dictae, ſimplici & vnico omnium voto, cuncta complexo, principis ſalutem coelo commendauit, vt bene rempublicam, vt ex voto ciuium regeret, vt nepotibus pronepotibusque ſeruatus, tandem ſucceſſorem relinqueret, ſui ſimillimum. Imo quoties laetiſſimus Trajani optimi recurreret na-lis: eum, quanta merebatur, Plinius celebrauit Pro imperatoris enim auguſti incolu-ua ſalutem publicam contineri credebat, quotannis ſuſcepit vota, deos precatus, tem ac florentem praeſtarent ſemper,

 isque

isque natalem, quem agebat, & plurimos alios quam feliciſſime celebraret. Etſi enim Secundus pro conſummatiſſima principis felicitate omni occaſione vota precesque nuncupabat, vt coelum tanti boni poſſeſſionem perpetuam eſſe ſineret: eum tamen diem, quo is, diuina indulgentia obſtetricante, lucem hanc primum adſpexit, majori pietate ac animi hilaritate transegiſſe videtur. Nec eſt, quod illud miremur. Nam quilibet quidem dies egregiorum principum beneficia largiter annumerat, & tempus prope intercedit nullum, quo non paterna eorum cura & ſalutaris induſtria frugiferum aliquod ac vtile in publicum proferat; aſt quemadmodum omnis circuli rotunditas a puncto ſuo naſcitur, & in ſe ſemper circumuoluitur: ita vniuerſus quoque felicitatis ordo [illegible] ſeries ab illo maxime dependet die, qui au[illegible] ejus, recens natum, primum indulſit, [illegible] commodauit.

Haec itaque Pliniana in Trajanum pietas ad ſimilia facienda muſas Elbingenſes prouocauit. Lucem enim, qua coeleſtis gratia FRIDERICVM II. BORVSSIAE REGEM AC DOMINVM NOSTRVM CLEMENTISSIMVM, ſaluti publicae quondam natum, tot populis, ſceptro Ejus ſubjectis, eſt largita, felici ſidere recurrentem vidimus, communis gaudii nuncium. Qua occaſione ſi omnis, cui ſalus PRINCIPIS cordi eſt, ſumma perculſus laetitia, ad deuotiſſimas preces pro inoffenſa SERENISSIMI incolumitate & publice & priuatim ſe probat paratiſſimum: quidni & nos fulgentia FRIDERICI fata euehamus, quibus hoc aſſequutus eſt, vt hoſtibus terrori, ibus amori, omnibus ſemper ſit admirationi.

ietatem ergo aliarum regionum, de
ouantium, nobis eundum, & gau-
pietas noſtra fouet, feſtiuum publice
Praeibimus laeti cum audito-
ribus,

ribus, qui ſua nos honorifica dignantur praeſentia, fauſtiſſima gratulatione ſolemniter applaudentibus, tum muſis noſtris, quae eadem certant pietate, acclamantibus.

Quae dum ſuſcipienda ſunt nobis, ILLVSTRES ET GENEROSISSIMOS MAECENATES, nec non MAGNIFICVM ET AMPLISSIMVM CIVITATIS MAGISTRATVM; reliquos etiam EXPERIENTISSIMOS, PLVRIMVM REVERENDOS, PRAENOBILES, NOBILES, SPECTABILES, HVMANISSIMOSque rei & litterariae & ſcholaſticae FAVTORES, ſuo quosque loco ac ordine COLENDOS, demiſſiſſime & humillime rogamus, vt cras volente DEO hora nona matutina in maximo gymnaſii acroaterio conuenire, & vno ore, vno pectore nobiſcum ingeminare velint tri-umphale illud:

VIVAT FRIDERICVS.

---

Dabam Elbingae. D. XXV. Jan. M

318

Entwurf

# der Redübung

von dem

# Königlichen Preußiſchen Wappen

bey Gelegenheit

des hohen Geburtstages

# Sr. Königlichen Majeſtät

Unſers Allergnädigſten Königes und Herrn

den 26ſten Jenner des 1775ſten Jahres

auf dem Elbingiſchen Gymnaſio

zu Bezeigung ſeiner allerunterthänigſten Ehrfurcht

angeſtellet

von

Johann Lange

des Gymn. Rector.

Elbing, mit Rohrmanniſchen Schriften.

# Der Vorredner
## Nathanael George Land

ſpricht von dem Alter der Wappen, entdecket den Inhalt der Redůbung und bittet um ein geneigtes Gehŏr.

Johann Carl von Rohr
ermuntert den

Jacob Lebrecht Rogge
George Gottfried Bůnding
Johann Samuel Thießen
Samuel Ephraim Knebel
George Salomon Pfeiler
Philipp Gottlieb Knebel

zur Feyr des Kŏniglichen Geburts-Tages und zur Betrachtung des Kŏniglichen Preußiſchen Wappens.

---

## Der erſte Abſchnitt.
### Von den Wappen uͤberhaupt.

Michael Gottlieb Fuchs,
der die Wappenkunſt vorſtellet, redet von ſich.

Johann Friedrich Michael Sieffert.
Vom Urſprung der heutigen Wappen.

Johann Chriſtian Schmidt
Heinrich Gottlieb Ernſt Kobligk
Johann Carl Ernſt von Pflanz
erzehlen, welches die weſentlichen und zufälligen Stůcke eines Wappens ſeyn.

George Michael Moiſchewitz
Jacob Neumann
Andreas Friederich Bůnding
Johann Samuel Schŏnborn
Carl Chriſtoph Kawerau
Carl Friederich Hennings
Johann Samuel Link
Jacob Heinrich Rahnke
Johann Iſrael Feyerabend.
Von den Bildern in den Wappen.

Johann Daniel Braun
Gottfried Wilhelm Bleynagel
Sigmund Auguſt Sieffert
Johann Carl Friederich Kobligk
Gottfried Schipplick
Chriſtian Ephraim Schrŏter
Johann Samuel Zobel
Jacob Gottlieb Grŏn[illegible]
Carl Auguſt Frie[illegible]
Johann Gottfried [illegible]
Johann Iſrael Oh[illegible]
Jacob Gottfried M[illegible]
Gottfried Copenhag[illegible]
Johann Theodor [illegible]

unterſuchen, was zu den unterſchiedenen Bildern in den [illegible] Gelegenheit gegeben.

Iſrael Zimmermann
Carl Ferdinand Sieffert
Johann Heinrich Hanff
Daniel Jacob Ballermann
Johann Friederich Frieſe
Wilh. Theod. Theoph. dů Laurans

erklären die Worte: Wappen-Cammer, Wappen-König-Spiel-Rock-Buch-Recht, und andere.

---

## Der zweete Abſchnitt.

### Von den Preußiſchen Wappen ins beſondere.

Johann Gottfried Rahnke
Friederich Chriſtoph Heinrich Dewitz.

Was von den Wappen der alten heidniſchen Preußen zu halten ſey?

George Theodor Land
Johann George Scheid

ſprechen von dem Wappen des Marianer-Ordens in Preußen.

Ferdinand Theodor Brakenhauſen

macht eine generale Abſchilderung von dem Königlichen Preußiſchen Wappen.

Carl Heinrich Alexander dů Laurans.

Von den Bildern, ſo in dem Königlichen Preußiſchen Wappen ſich befinden.

Gottfried Scheiberlin.

[illegible]n dem Königlichen Preußiſchen ſchwarzen Adler, und dem güldenen Scepter wegen des Erz Cämmerer-Amts.

[illegible] Thomas Schmidt
Sigmund Rogge
Johann Heinrich Tolkemit
Johann Ferdinand Konopacki
Johann Daniel Zabienski.

[illegible]lichen Wappen, ſo im Königlichen Preußiſchen ſich befinden.

Friederich Haag

[illegible]gräfliche und Burggräfliche Wappen in demſelben.

Friederich Wilhelm Liſt

[illegible]ichen im Königlichen Preußiſchen vorſeyende Wappen an.

Chriſtian Friederich Stobbe — Johann Chriſtian Porſch
Johann Gottlieb Mittag — Philipp Schröter
Franz Johann Gotthelf Dorſch — Johann Daniel Rogge
Heinrich Gottlieb Enderſch.

Von den Graf= und Herrſchaften, die im Königlichen Preußiſchen Wappen ſtehen.

## Johann Peter Schumacher

macht Worte von dem ſchwarzen Adler=Orden, ſo um das Königliche Wappen hängt.

## Johann Reinhold Leopold Böhm

bewundert den ſchleinigen und merkwürdigen Anwachs des Königlich=Preußiſchen und Chur=Brandenburgiſchen Hauſes.

## Daniel Friederich Conrodi
## Carl Wilhelm Fromme
## Daniel Samuel Rogge

behaupten, daß das Königliche Preußiſche Wappen von der Größe, der Macht und dem Anſehn des Königlichen Hauſes rede.

Johann Jacob Möller
Carl Ferdinand Ramſey
George Chriſtian Theodor Brackenhauſen

legen für Sr. Königlichen Majeſtät hohes Wohlergehen die treueſten Wünſche allerunterthänigſt ab.

---

## Der Nachredner
## Theodor Ferdinand Köppen

erkennt die gegebene Erlaubniß zu der angeſtellten Redübung [illegible] und ſchließet dieſelbe mit aufrichtigen Wünſch[illegible] und Empfehlungen.

320.

AD
SERENISSIMI ET POTENTISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI

# DOMINI
# FRIDERICI II.

MAGNI REGIS BORVSSIAE
S. R. I. ARCHICAMERARII ET PRINCIPIS ELECTORIS
SVPREMI SILESIAE DVCIS
&c. &c. &c.

*REGIS AC DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI*

NATALEM LXV.

CRASTINA LVCE
D. XXIV. IAN. MDCCLXXVI
FELICI SIDERE RECVRRENTEM
ET IN
GYMNASIO ELBINGENSI
VOTIVIS PRECIBVS CELEBRANDVM
ILLVSTRES ET GENEROSISSIMOS MAECENATES
NEC NON
MAGNIFICVM ET AMPLISSIMVM
ıTATIS REGIAE MAGISTRATVM
ET RELIQVOS
SARVM PATRONOS AC FAVTORES
REVERENTIA ET HVMANITATE
INVITAT

*ANNES LANGIVS*

RECTOR PROFESSOR THEOLOGIAE PVBLICVS
ET BIBLIOTHECARIVS.


NGAE, TY IS NOHRMANNIANIS.

Laetiſſimum illud affulſit tempus, in quo FRIDERICI II. REGIS AC DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI natalem, prouinciae Pruſſorum aquilae ſubjectae, fauſtis apprecationibus celebrant, & Gymnaſium Elbingenſe plauſus inter laudesque ſummas, Numini aeterno ferendas, diem hunc auguſtiſſimum cum aliis feſtum peragit. Quae quidem rerum praeſentium facies nobis neceſſitatem imponit, ipſius temporis rationem habendi, & ab eo praefationis noſtrae argumentum petendi. Sicuti enim omnia, quae in ampliſſimo orbis theatro accidunt, in tempore fiunt: ita nihil antiquius nobis, nihil gratius eſſe

quam illud animo perluſtrare, a cujus vſura

eficio pax & bella, proſpera & aduerſa, vita

mors dependent. Hinc jam majores ex

ſi dixerunt, tempore in rebus humanis

o eſſe pretioſius, carius nihil, quod ta-

modis, actionibus nullius ponderis,

nulliuſque vtilitatis fruſtra conſumitur, nobis ſaepe inuitis ac repugnantibus. Cum vero in rebus, quibus ingens eſt pretium, cuſtodiendis ſummam adhibeamus curam, quidni & tempore, quod res inter humanas omnem valorem ſuperat, ita vtamur, vt ejus ratio nobis ſemper conſtare poſſit. Omnia enim vel culpa noſtra, vel ex voluntate diuina deperdita, Deo ſic volente, recuperari & in integrum reſtitui poſſunt: aſt pretioſiſſimum illud tempus, jam praeteritum, fronte capillatum eſſe, falſorum etiam deorum ſtatuerunt cultores, poſthac vero caluum, nunquam reuocandum, nunquam redintegrandum. Citato enim gradu fugit irreparabile illud tempus, quod vitam humanam in curriculo tam breui circumſcribens, ſpes mortalium ſaepe eludit. Quam celerrimam t[illegible] fugam ejusdemque pretium quam apprime [illegible] uit Celeberrimus ille Grotius, qui horis [illegible] vſus diſtributis, ſibi aliisque curam t[illegible] collocandi, in negotiis adminiſtrand[illegible] dare ſtuduit, hac electa teſſera: [illegible]

Id quod quamuis in omni vitae genere probe obſeruandum ſit: nemo tamen negabit, in ſcholis in primis id agendum eſſe, vt temporis, rebus frigidis inutilibusque conſumti, nullum aliquando poeniteat, ſed illud ſe ex voto omnium in ſapientiae officina collocaſſe, quilibet gloriári poſſit. In ludo enim litterario ac aetate juuenili ſerendi datur tempus, quod ſi otio & alienis rebus teritur, facile dijudicatu eſt, quae tum temporis expectanda ſit meſſis, dum nobis acclamatur illud: hic Rhodus, hic ſaltus.

Quotus vero quisque inuenitur, non dicam ſtudioſorum, ſed etiam hominum reliquorum, qui de temporis pretio ſatis conuictus, non res ſuas ita ſtituat, vt de eodem bene exacto optima quaeuis
ittere poſſit? Licet enim tempus ad hunc
rtineat mundum: quippe ſucceſſiuis rebus
iſtentibus, tempus etiam exſtitit nul-
ea ejusdem eſt natura, vt a legitimo
in hac modo vita, ſed in futura
expectare jubeat optatiſſimos.



Ne

Ne itaque temporis, omnia conſumentis, ludicris nugisque, quae pro ſeriis tractantur, triſtisſimam faciamus jacturam, juuabit ad ſequentia vitam ſuam componere monita.

Omne tempus, imo minimam etiam ejusdem partem rite collocandam eſſe, memento. Ei hinc magis parcendum eſt, quam cunctis ſumtibus. Quem enim fugit, ab vnico ſaepe temporis momento, vel bene vel male conſumto, omnem mortalium vel proſperam, vel aduerſam dependere fortunam. 10-

Tempore itaque alis quaſi nos fugiente, moramque ſegnem non recipiente, nihil laboris, nihil curarum in craſtinum differendum eſſe, dixerunt jam diu ſapientiores. Cuilibet enim diei ſuus labor, ſollicitudo ſua. Et quis mortalium
ſtino die certus gloriari poteſt, ſe adhuc
illud tum facturum eſſe, quod hodi-
dum erat.

Porro in mentem ſaepius reuoce
quando de tempore adhibito, Deo,

ſtatori ac conſeruatori, rationem eſſe reddendam. Quodſi enim aliae res, quae tempore longe inferioris audiunt pretii, ad calculos aliquando vocandae ſunt, earumque vſus vel abuſus laudandus vel vituperandus veniet: quanto magis, de tempore, ſummo res inter naturales bono, rationem exactum iri credamus, in id intenti, vt eam ſemper reddere poſſimus, eoque minus nobis verendum ſit, ne tempore, quod nobis ad viuendum
tur, male videamur vſi.

Tandem prudentis eſt, omnia, quae in tempore fiunt, probe obſeruare, & in ſuum conuertere vſum. In omnibus enim, quae in regno naturae aeque ac gratiae quotidie eueniunt, diuina ludit potentia: & dum ſaepe in puncto accidit,
in anno ſperatur, ecquis in dubium vocet,
cta, ſiue maxima ſiue minima, hominum
ttentione, digna contemplatione.
temporis, rerumque, quae in illo
atio, inter innumera alia beneficia,
exhibita, in praeſenti in mentem re-

uocat

uocat fulgentem SERENISSIMI ac POTENTISSIMI REGIS FRIDERICI II. natalem, omnes PRINCIPIS Noſtri prouincias genteſque exhilarantem. Noſtrum itaque eſt, luculentis deuotionis ſignis gaudium pectoris teſtari, & non modo pro conſeruatione Auguſti PATRIS PATRIAE deuotiſſimas Deo gratias agere, ſed publicae etiam felicitatis auctorem ſingulari Numinis diuini tutelae vlterius commendare.

Cui ſolemnitati geniali vt ILLVSTRES ac GENEROSISSIMI MAECENATES, nec non MAGNIFICVS & AMPLISSIMVS CIVITATIS MAGISTRATVS, reliqui etiam EXPERIENTISSIMI, PLVRIMVM REVERENDI, PRAENOBILES, NOBILES, SPECTABILES, HVMANISSIMIQVE MVSARVM FAVTORES ac PATRONI beneuole intereſſe, & votis noſtris pro perenn-
tura ABSOLVTISSIMI PRINCIPIS ſalute calidiſſi-
ſpiria ſua miſcere dignentur, debita re
obſequio & humanitate rogamus.

Publ. Elbingae, d. XXIII. Ian. MD

# Der
# Hohe Geburtstag
## Sr. Königlichen Majeſtät
# Friederichs II.
## Königes in Preußen
Marggrafen zu Brandenburg, des H. R. R. Erzkämmerers
und Churfürſten, ſouverainen und oberſten Herzogs
von Schleſien ꝛc. ꝛc. ꝛc.

**Unſers Allergnädigſten Königes und Herrn**

wurde

den 24ſten Jenner des 1776ſten Jahres

auf dem Elbingiſchen Gymnaſio

**durch eine angeſtellte Redübung**

mit der allerunterthänigſten Ehrerbietung gefeyret

von


**Johann Lange**

des Gymnaſiums Rector.


---


Elbing, mit Pohrmanniſchen Schriften.

# Die Einſamkeit

## als ein Mittel

## die göttlichen Wohlthaten zu betrachten.

---

### Der Vorredner

### Theodor Ferdinand Köppen

ſpricht von dem Einflus der Einſamkeit in die Beredſamkeit des Demoſthenes, bewillkommet die Höchſt- und Hochzuverehrende Anweſende und bittet um ein geneigtes Gehör.

---

### Der erſte Abſchnitt.

Carl Friederich Hennigs

behauptet, daß das menſchliche Leben entweder ein einſames oder ein geſelliges ſey.

George Samuel Pfeiler
Sam. Jacob Theodor Schumacher
Carl Leopold Ekerle
Franz Heinr. Bleynagel
Johann Jacob Rehagen

reden von der älteſten Einſamkeit im Stand der Unſchuld.

Carl Auguſt Friederich von Block
Johann Theodor Gottfr. Kawerau
Samuel Chriſtian Schmidt
Heinrich Gottlieb Ernſt Kobligk

erzählen, wie dieſe Einſamkeit verlohren gegangen.

Johann Carl Ernſt von Pflanz
Johann Heinrich Porſch
George Michael Moiſche
Johann George Teſchn
Johann Jacob Porſch.

Wie das Uebel, ſo aus der verlohrnen Einſamkeit entſtanden, wied

### Johann Peter Schumacher

unterſucht die Frage: Ob Gott der ewigen Einſamkeit die Welt erſchaffen habe?

### George Theodor Land
### Johann George Scheide
### Johann Reinhold Leopold Böhm.

Die Einſamkeit wird von dem Democrit [illegible] Nachahmung

**Friederich Haag,**

Davis genant, der ſich der Einſamkeit ergeben will,
wird von

**Friederich Wilhelm Liſt,**
**Daniel Friederich Conradi**

zur Geſelſchaft aufgefordert.

**Johann Jacob Möller**
**Carl Ferdinand Ramſey.**

davon jener die Einſamkeit, und dieſer die Geſelſchaft verwirkt,
werden von

**Theodor Gerhard Balzer**

zu recht gewieſen.

Gottfried Kretſchmer
Jacob Lebrecht Rogge
Johann Samuel Thießen
Johann Carl von Rohr
George Gottfried Bünding
Johann David Mittag
Friederich Wilhelm Kern
George Gottfried Behring
Friederich Guſtav Schumacher
Chriſtoph Ephraim Gallew
Jacob Steinau

behaupten, daß man einſam geſellig leben könne.

Jacob Neumann
Johann George Arndt
Gottfried Hertel
Andreas Friederich Bünding
Wilhelm Störmer
Chriſtian Friederich Pahlau
Carl Chriſt. Kawerau
Jacob Heinrich Rahnke
Johann Samuel Schönborn
Jacob Lebrecht Gallew.

Von dem einſam geſelligen Hirtenleben.

[illegible] Ferdinand Sieffert
[illegible] Daniel Braun
Sigmund Auguſt Sieffert
Johann Carl Friederich Kebligk

[illegible]rechen von der Einſamkeit in der gelehrten Welt.

**Michael Gottlieb Fuchs**

von einſamen Gelehrten.

**Carl Wilhelm Fromme**

[illegible]henlehrern, die der Einſamkeit ergeben geweſen.

[illegible] Konopacki
[illegible]nski
[illegible] Mittag
[illegible] Gotthilf von Dorſch
Johann Chriſtian Porſch
Philipp Schröter
Johann Daniel Rogge
Daniel Jacob Ballermann.

[illegible] Zeit in der Einſamkeit wohl anzuwenden ſey.

## Der zweete Abſchnitt.

Daß in der ſtillen Einſamkeit die göttlichen Wohlthaten beſonders können betrachtet werden.

### Daniel Samuel Rogge

behauptet, daß der Menſch die Wohlthaten Gottes zu betrachten, und ihm davor zu danken, und ihn zu loben verbunden ſey.

### Martin Thomas Schmidt

beweiſet, daß die göttlichen Wohlthaten unzählbar ſeyn.

Gottfried Wilhelm Bleynagel
Gottfried Schupplick
Chriſtian Ephraim Schröter
Daniel Thomas Gottlieb Achenwall
Johann Samuel Zobel
Jacob Gottlieb Gröning
Jacob Gottfried Moiſchewitz

reden von den unerkanten Wohlthaten Gottes.

### George Chriſtian The dor Brakenhauſen,

hält ein Selbſtgeſpräch zum Preis der göttlichen Wohlthaten.

### Johann Friederich Michael Sieffert.

Eine der größten Wohlthaten iſt, einen gnädigen Gott und einen gnädigen König zum Vater des Vaterlandes zu haben.

### Carl Otto Vorhoff,

froh über den heutigen Geburtstag des Monarchen ſchicket für Höchſt Deßelben theureſtes Leben ſeine Wünſche zu dem Himmel ab.

---

## Der Nachredner.

### Ferdinand Theodor Brakenhauſen

ſchlüßet die Redübung mit der ſchuldigſten Danksagung für Höchſt u Aufmerkſamkeit, und empfiehlet dieſen Muſenſitz zu beſtä- Wohlgewogenheit.

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO

# DOMINO
# FRIDERICO II.

REGI BORVSSIAE
MARCHIONI BRANDENBVRGICO S. R. I. ARCHICAMERARIO ET PRINCIPI
ELECTORI SVPREMO SILESIAE DVCI
&c. &c. &c.

*PATRIAE PATRI INDVLGENTISSIMO*

NATALEM LXVI.

D. XXIV. IAN. MDCCLXXVII

ACTV ORATORIO
MVSAE GRATVLABVNTVR ELBINGENSES
CVI VT
ILLVSTRES ET GENEROSISSIMI MAECENATES
NEC NON
MAGISTRATVS CIVITATIS REGIAE
MAGNIFICVS ET AMPLISSIMVS
OMNESQVE LITTERARVM
FAVTORES AMATORES ET CVLTORES
BENIGNE INTERESSE VELINT
ET VENERATIONE OBSERVANTIA ET HVMANITATE
ROGAT

IOANNES LANGIVS
GYMN. RECT. PR. TH. PVBL. ET BIBLIOTH.

[illegible]AE, LITTERIS NOHRMANNIANIS.

Laetabantur quondam ſeptuaginta duo Saluatoris noſtri diſcipuli, poteſtatem nacti, ſerpentes ſcorpiosque calcandi, & quod ipſis etiam immundi ſubjecti erant ſpiritus. Nec immerito id factum eſſe credimus. Serpentum enim & ſcorpiorum morſum virusque irritum facere, & de infernalibus daemonibus certum agere triumphum, non nudi hominis, ſed DEI vtique omnipotentis munus eſt ac beneficium, omni gaudio digniſſimum. Quo igitur cognito Chriſtus grauiſſimam hanc laetitiarum materiam in diſcipulis ſuis non reprehendit, ſed a minoribus ad majora, a terrenis ad coeleſtia & a naturalibus ad ſupernaturalia reuocans, ampliorem laetandi meſſem ill
no inſtare innuit, dum: eo non gaud
quod vobis ſubjiciuntur ſpiritus, ſe
quod nomina veſtra ſcripta ſunt in
X, 20. Quibus Saluator indic
rem gaudii cauſam eſſe, aeternae ſi
habere fiduciam, quam aliorum ſaluti

laetiusque illud habendum eſſe, quod ſanctorum cuiuis proprium, quam quod cum aliis communicandum eſt. Quippe legibus & diuinis & humanis ſancitum eſt, ordinatum ſui amorem non modo licitum, ſed illi quoque, quo proximum proſequimur, praeferendum eſſe.

Quam diſcipulorum felicitatem, per omnem aeternitatem duraturam, Chriſtus in coelis inſcribi vocat. Sicuti enim, quod fluxum, inconſtans & omni aura velocius eſt, a latini ſermonis doctoribus in vento & aqua ſcriptum dicitur; & Hebraeorum magiſtris in terra ac puluere aliquid ſcribere, idem eſt, ac memoriae mox tranſiturae, & oblivioni, opinione citius labenti, quid mandare: ita ejus, quod in coelis ſcriptum eſſe fer- ullum tam ingratum erit ſaeculum, nulla poſteritas, quae illud deleat, quin po- lum, illa beatorum ſedes, in omnem duraturum, ita & in eodem typis rpetua gauiſurum ſit conſtantia.

inuſitata Sacrae Scripturae loquendi quo DEO, more humano libri tribu-

untur. Sic enim Moſes libri viuentium, ex quo deleri cupit, dummodo populus Iſraeliticus ſeruetur, memoriam adhibet; ſic Ioannes in apocalypſi libri vitae vt & agni mentionem facit, qui ab initio mundi, imo ante jacta illius fundamenta ſcriptus, eorum continet nomina, qui per Chriſtum conſummati, ex fidei obedientia filii ac vitae aeternae heredes conſtituti ſunt. Eſt vero illa in coelo ſcriptura, vt vitae agnique liber, nihil aliud, niſi praeuiſio ac omniſcientia DEI, in qua electorum nomina, vt in libro ſcripta deprehenduntur, absque formidine deletionis in aeternum manentia.

Cur autem Saluator nomina diſcipulorum in coelis ſcripta eſſe dicit? Scio equidem, nom perſonae ipſam indicare perſonam, cui il poſitum eſt. Verum enim vero, homines in mundo, tot quoque no dumque DEVS omnium etiam mi rerum curam agit, non eſt quod di Numen aeternum piorum quoque lectetur, eorumque impe ndorum

onem. Non enim forte fortuna diſtributa videntur nomina, ſed mira in iis conferendis ſaepius deprehenditur prudentia. Quanta hinc omnium admiratio, quanta harmonia, cum Eliſabetha mater ex proprio inſtinctu, Zacharias vero pater ex angeli praedictione, vterque autem non niſi DEO ſic volente, filium recens natum Ioannem vocarent.

Quae hominum nomina, ſiue ſint gentilitia ſiue praepoſita, ſi cum eorum, qui illa nacti ſunt, indole, moribus, factisque conueniunt, eo minus de DEI in imponendis illis cura dubitandum eſt, quo frequentiora in litteris ſacris ea de re proponuntur exempla, indicantia, ſaepius eueniſſe illud, quod jam antiquitus in prouerbium ... nomen & omen habet. Facili hinc nego- ... ltis in ſacro codice inclutorum nomi- ... modas alluſiones, concinnas meditati- ... gi plenas commonefactiones elicere ... chartae hujus anguſtia illud premitte- ... n vnius ſaltem ac alterius hujus ... m. Nabal in Hebraeo-

rum ligua idem ſignificat ac hominem durum, imo ſtultum, qui lumine mentis omnique ſapientia deſtitutus, & turpiſſimorum affectuum turbini obnoxius, non niſi turpes & malas patrat actiones. Hinc Abigail, inſigni prudentia mulier, Dauidis animum, contra maritum Nabalem exacerbatum, mitigatura, Regem ita alloquitur: Noli quaeſo, Domine, animum adjicere ad profligatum iſtum hominem Nabalem, & ſuo plane nomini reſpondentem. Vt enim ſtulti nomen habet, ita ſtultitia praeditus eſt. Huic vero Nabali ſtulto Salomonem ſapientem, Dauidis filium addimus, qui vt nomen ejus fert, vir admodum quietus ac pacificus fuit. DEVS enim ipſe, nominis Salomonaei auctor, ei antequam in lucem ederetur, illud impoſuit, quod ipſius aeuo litis ab omnibus vndique hoſtibus pac otium erat daturus, 1. Chron. XX Hinc Salomonis denominatio & nom appellari poteſt. Sicuti enim pacis gubernacula regni Iudaeorum ita a primis imperii ſui gube

tranquillitatis publicae promouendae omnem ſibi dedit operam.

Cui Salomoni pacifico merito admouemus SERENISSIMUM, cujus natalis dies craſtina luce celebrandus eſt, FRIDERICUM, BORUSSORVM REGEM, pacis & ſecuritatis publicae adeo amantem, vt quod ſplendidum Ejus nomen indicat, quantum fieri potuit, pro virili ſemper conſeruare ſtuduerit. Fas itaque & aequum eſt, vt diem illum, qui REGEM AVGVSTISSIMVM primo terris dedit, & omnes late patentis imperii Ejus gentes auſpicatiſſima tanti Principis, tanti Herois natiuitate exhilarauit, laetiſſimis votis & acclama-
ibus conſumamus. Qui dies, quanquam no-
fortunatus & ſalutaris illuxit, & nouam
CLEMENTISSIMO PATRIAE PATRI gratulandi
attulit: hoc tamen tempore majori
ngenio celebrandus venit: quippe
VM Noſtrum ex grauiſſimo mor-
no ante hunc & quod excur-
r, felici ſidere reſtituit, &
ſuperata

ſuperata valetudine aduerſa ſaluum Eum ac incolumem hucdum conſeruauit.

Cum itaque DEO O. M. pro REGIS Noſtri CLEMENTISSIMI ſalute vlteriori, vota & ſoluenda ſint & nuncupanda: ILLUSTRES ET GENEROSISSIMOS MAECENATES, nec non MAGNIFICUM ET AMPLISSIMUM CIVITATIS MAGISTRATUM, reliquos etiam litterarum Fautores, omni dignitatum amplitudine doctrinaeque praeſtantia ornatiſſimos ſumma obſeruantia & humanitate eo confidentius inuitamus, quo gratioſius eos deuotiſſimae Muſarum pietati fauere ſperamus, enixe rogantes, vt praeſentes paria nobiscum facere, & ſuam erga FRIDERICVM, REGEM INDVLGENTISSIMVM, reuerentiam exhibituri, Ejus ſ- lutem DEO porro tuendam conſeruand commendare velint. P. P. Elbingae.
Jan. MDCCLXXVII.

# Muſictext
# dem Königlichen Geburtstage
## gewidmet.

### Arie.

Freuet euch! Singt unſerm Gott zu Ehren.
Der König lebt! Die Vorſicht ſpricht:
Getroſt, mein Volk, verzage nicht.
Der treue Hüter kan nicht ſchlafen,
Der Unſers Friedrichs Leben ſchont,
Und macht, daß Er in Frieden wohnt,
Das Glück der Länder zu vermehren.

V. A.

### ecit

s vor einem Jahr
ſcheinliche Gefahr,
n Friedrich zu verlieren:
die Vorſicht Seinem Leben
ahr und Tage zugegeben.

Wir

Wir ſehen heut den Tag, an dem der Brennen Held,
Den Gott zu unſerm Heil geſchickt,
Zum erſtenmal die Welt,
Die große Welt erblickt.
O freudenvoller Tag! Gebenedeites Feſt!
Das uns in Ruh und Wohlergehn
Der frohe Himmel feiren läßt.
O Tag! dein heitrer Morgen
Vertreibt den Unglücksſtern, die Nacht der Sorgen,
Und flößet uns die Hofnung ein,
Daß unſere Wünſche Gott angenehm ſeyn.

## Schlußchoral.

O Urſprung aller Zeiten,
Du Hüter Iſrael,
Dein Sorgen muß uns leiten
Zur reinen Segensquell.
Halt Stand auf deiner Wache
Bey Preußens F r i e d e r i c h.
Führ du des Königs Sache
Und ſtärk Ihn gnädiglich.

42

331

Das

# glücklich erlebte Geburtsfeſt
## Seiner Königl. Majeſtät
# Friederichs des Zweyten
## Königes in Preußen
des H. R. Reichs Kuhrfürſten und Erzkämmerers,

rc. rc. rc.

## Unſers Allergnädigſten Königes und Herrn

feierte

den 24ſten Jenner 1777

auf dem Elbingſchen Gymnaſio

mit der allerunterthänigſten Ehrfurcht


## Johann Lange
des Gymnaſiums Rector.


bing, gedru[illegible]y Johann Gottlieb Rohrmann.

Das

# über Preußen

## wachende Auge Gottes.

### Der Vorredner

### Theodor Ferdinand Köppen

erfreuet über die hohe Gegenwart der Muſenfreunde, entdecket den Inhalt der Redübung, und empfiehlet ſie einer hochgeneigten Aufnahme.

Michael Ernſt Gottlieb Schultz
Johann Jacob Segre
Franz Joſeph Segre
Johann Jacob Mnioch
Carl Gottlieb Culmann
Johann Jacob Raths
Samuel Gottlob Raths
reden von dem wachenden Auge Gottes überhaupt.

Chriſtoph Ephraim Gallew
Johann Jacob Steinau
Nathanael Behring
George Samuel Pfeiler
Samuel Gottlieb Ohlert
Samuel Leopold Skerle
Carl Ernſt Konopacki
Carl Chriſt. Lange
Johann Jacob Rehagen
Carl Wilhelm Pahlau
Johann Heinrich Fehrmann
behaupten, daß die Vorſehung Gottes ſich über die ganze Welt erſtreck[illegible]

### Friederich Haag

ſpricht von dem genauen Zuſammenhang der göttlichen Vorſehung un[illegible]

Jacob Lebrecht Gallew
Johann Samuel Tiehſen
Johann Daniel Mittag
Gottfried Behring
Friedrich Wilhelm Ke[illegible]
Chriſtian Hindemit
Johann Martin Steck[illegible]
Johann Friedrich Reich[illegible]
machen Worte von dem wachenden Auge Gottes insbeſonde[illegible]

Daß Gottes Auge von je her über Preußen ge[illegible]et, erkenn[illegible] [illegible]an vo[illegible] Mittheilung der größten Fürſten und [illegible]genten, ſo [illegible]hm vorg[illegible] zur Zeit des Marianiſchen Ordens

### Daniel Friederich [illegible]radi.

Johann Jacob Möller
Samuel Chriſtian Oloff
Martin Thomas Schmidt
George Chriſtian Theodor Brakenhauſen
Johann Ferdinand Konopacki
Franc. Johann Gotthilf v. Dorſch.

Da es Könige gehabt,

Carl Wilhelm Fromme
Daniel Samuel Rogge.

Nachfolgende

Jacob Daniel Zabienski
Wilh. Alex. Heinr. v. Bequignolle
Johann Chriſtian Porſch
Philip Schröter
Johann Daniel Rogge
Carl Ernſt Dewitz

führen Beyſpiele an, wie Gottes Auge für Preußen und deſſen Regenten im Kriege und bey anderer Gelegenheit gewacht.

George Theodor Laud
Johann George Scheid
Johann Reinh. Leopold Böhm

be[illegible]ſen, daß Gottes Auge auch bey Friedensſchlüßen und Verträgen für Preußen immer wachſam geweſen.

Benjamin Gottlieb Witthold

nebſt den folgenden

Ferdinand Sieffert
[illegible]d Auguſt Sieffert
Carl Ko[illegible]gk
Chriſtian Schröter
Jacob Gottlieb Gröning
Joh. Carl Ernſt v. Pflanz

[illegible]pten, daß das Auge Gottes auch in Abſicht der Gelehrſamkeit über Preußen gewachet.

[illegible]rich
[illegible]Neu[illegible]nn
[illegible]nn Ge[illegible] Arndt
[illegible]ed Härte[illegible]
[illegible]ann Kirſten
Wilhelm Störmer
Johann Samuel Link
Chriſtian Friedrich Pahlau
Carl Chriſtoph Kawerau
Johann Samuel Schönborn

den Nutzen und [illegible]olgen des wachenden Auges des Allerhöchſten für Preußen an.

Johann Daniel Braun — Johann Gottfried Ohlert
Gottfried Schüppligk — Johann Iſrael Ohlert
Dan. Thomas Gottl. Achenwall — Johann Heinrich Ohlert
Carl Friedrich Hennings — Gottfried Copenhagen
Heinrich Arendt — Jacob Gottfried Moiſchewitz

Preußens Schutzgötter fordern die übrigen Schutzgöttinnen auf, für das Wohlſeyn Unſeres Allergnädigſten Königes und Herrn zu wachen.

Carl Auguſt Fried. v. Block — Johann George Heinrich Land
Johann Theodor Gottſ. Kawerau — Johann Heinrich Porſch
Carl Wilhelm Lange — Michael Gottlieb Helwich
Samuel Chriſtian Schmidt — Johann Gottfried Klein
Heinrich Gottlieb Ernſt Kobligk — George Michael Moiſchewitz

Samuel Gottlieb Kaeske

wünſchen Sr. Königlichen Majeſtät zu dem erlebten hohen Geburtstage Glück.

Eben dieſes thut

**Carl Otto Vorhoff**

in einer lateiniſchen Rede.

## Der Nachredner

## Ferdinand Theodor Brakenhauſen

beſchlüßet die ganze Handlung mit dem verbundenſten Dank und aufrichtigſten Wünſchen, deren vornehmſter Inhalt dieſer iſt: Der Herr hebe ſein Angeſicht über Preußen, und gebe uns Frieden.

333

AD FELICISSIMVM

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI

REGIS ET DOMINI

DOMINI

# FRIDERICI II.

REGIS BORVSSIAE

MARCHIONIS BRANDENBVRGICI

S. R. I. CAMERARII ET PRINCIPIS ELECTORIS

SVPREMI SILESIAE DVCIS

ETC. ETC. ETC.

*PATRIAE PATRIS ET MVSARVM CONSERVATORIS*

## NATALEM LXVII.

QVI PRAETERITA SATVRNI DIE

AVSPICATO REDIIT

RELIGIOSA PIETATE CRAS CELEBRANDVM

ILLVSTRES ET GENEROSISSIMOS

MAECENATES

NEC NON

…GNIFIC…M ET AMPLISSIMVM CIVITATIS REGIAE

MAGISTRATVM

…SQVE REI LITTERARIAE FAVTORES

CIVES ET AMICOS

…BSERVANTISSIME HVMANITERQVE

INVITAT

…OANNES LANGIVS

GYMN. RECT. PR. TH. PVBL. ET BIBL.

…INGAE, …PIS NOHRMANNIANIS.

1778

44

Auſpicatiſſimum SERENISSIMI AC POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS, FRIDERICI II, REGIS AC DOMINI NOSTRI [illegible]NTISSIMI natalem celebraturi, neque gentium [illegible]rum luxum, neque profanam illarum [illegible] ſuperſtitionem, ſed pietate non fucata [illegible] animi religione ingens illud bonum, [illegible]us virtutum regiarum Princeps na- [illegible] omnibus ſceptro Ejus fulgenti ſubjectis coelitus da[illegible]m eſt, pie contemplemur,

DEVMque, rerum humanarum moderatorem & omnis felicitatis auctorem, vt illo diu adhuc fruamur, ſupplices rogemus. Nos enim, diuina luce illuſtratos, in officio hoc obeundo non ſegniores eſſe decet, caecis gentilibus, qui Reges ex Joue ſuo eſſe ſtatuentes, nullum majus diuiniusue munus exquiſitioribus laudum encomiis euehebant, ac laetiori feſtiuitate tranſigebant, quam quod in natalibus Principis, quem gratia coeleſtis mundo largita erat, illis contigit. Quod vt pateat, ex hiſtoriarum & antiquitatum annalibus nonnulla in medium proferre juuat.

Antiquiſſimi Perſae, frugalitati alias mirum quantum dediti, in feriis tamen natalib[illegible] celebrandis, genio plus ſolito indulgentes, exqu[illegible] & [illegible]pera praeparabant conuiuia, diem nataler[illegible] laete conſumentes.

Quem morem, quamque con[illegible] Macedones quoque viguiſſe, ſuo [illegible] plo Philippus, qui diem illum [illegible] Alexand[illegible]

in ſpem regni natus erat, feſtum quotannis habuit. Hunc enim laetiſſimum ac fortunatiſſimum ſtatuit, triplici gaudio inſignitum: quippe praeter quam quod Alexander eo die in lucem eſſet editus, audiuit etiam, quadrigas ſuas eodem olympia viciſſe, ducemque copiarum Parmenionem de hoſtibus, in proelio ſuperatis, egregium egiſſe triumphum.

Haec vero natales celebrandi ratio nullis majori curae cordique fuit Romanis: quippe in illis inſtituendis omiſerunt nihil, quod ad feſtiuitatis hujus ſplendorem, animique probitatem declarandam aliquid conferre poſſet. Memores hinc effati Pliniani: nihil rite, nihilque prouidenter homines ſine deorum immortalium ope, conſilio, honore auſpicari. Romani quoque ſole orto ad ſacra pergenda, in limine ſtatim diei natalis confugiebant, Ge[illegible]im, feminis autem Junonem thure ac [illegible] & ſacrificiis apto placantibus, & in[illegible]ae vlterius inuocantibus. Quibus fini[illegible]ibu[illegible] [illegible]gento ſplendentibus, ac herbis [illegible]isque co[illegible]s gratulandi cauſa conuenie-

bant hoſpites, propinqui & amici, laute eo die excepti: quippe quo exquiſitiſſimis voluptatibus diem hunc conſumerent, opulentiſſimae inſtruebantur coenae, & munera mutuo offerebantur pretioſiſſima. Quo vero omnis populus Romanus ex natalibus viri, in ſummo honoris gradu conſtituti, gaudium quoque perciperet, inſtituebantur ludi natalitii, in publico loco habendi. Natalem enim Auguſti, (ſufficit vnius ſaltem meminiſſe,) ſponte atque conſenſu & circenſibus & venatione, aliisque ludis per biduum quotannis tranſegiſſe Equites Romanos, Suetonius auctor eſt. Imo non equeſter modo ordo, ſed pleraque etiam collegia eum diem habere feſtiuum conſueuerant, ſine omni tamen animali hoſtia & cruoris effuſione: quippe hi dies hilaritatis & laetitiarum pleni erant.

Et ab his ad chriſtianos denique peruenit tales celebrandi conſuetudo. Patres quidem cilii Niceni hunc natalitiorum feſtiuitatem ritum prohibuiſſe, memoriae proditum eſt teſte Tertulliano illi abuſum ſaltem feriarum

rum tolli volebant, legitimo earum vſu manente, qui in eo conſiſtebat, vt DEO, vitae humanae ſtatori, pro gratioſa illius conceſſione laudes ſoluerent debitas; pro vlteriori vero conſeruatione vota nuncuparent ardentiſſima.

Cujus officii & muſae Elbingenſes memores, innumera & ampliſſima beneficia, quibus regnante FRIDERICO MAGNO prouida Numinis diuini cura nos ornari voluit, pia grataque mente venerantur. Omnes enim terrae Boruſſico-Brandenburgicae dum natali Regis appropinquante laetae & gaudentes auguſta natalitia celebrare ſtudent: ad illa ſacra anniuerſaria ſe maxime obſtrictum eſſe, ſtatuit Gymnaſium patrium. Hinc non thura odorantia cumulat, non ſerta floribus juncta praearat, ſed ad deuotiſſima ſuſpiria pro FRIDECI REGIS Indulgentiſſimi felicitate craſtina luce ocoque conſuetis fugiet ſupplex.

Non

Non dubitamus, ILLVSTRES AC GENEROSISSIMOS MAECENATES, nec non MAGNIFICVM ET AMPLISSIMVM CIVITATIS MAGISTRATVM, reliquos etiam EXPERIENTISSIMOS, PLVRIMVM REVERENDOS, PRAENOBILES, NOBILES, SPECTABILES, HVMANISSIMOSQVE Muſarum Patronos ac Fautores ſolemnitati, tanto REGI ſacrae, beneuole interfuturos, & votis Muſarum noſtrarum ſua quoque vota pro perpetua SERENISSIMI REGIS AC PRINCIPIS proſperitate & ſalute eſſe conjuncturos.

P. P. Elbingae, die XXVIII. Januarii. Anno MDCCLXXVIII.

# Zum frohen Andenken des glücklicherlebten Geburtstages Seiner Königlichen Majeſtät Friederichs II.

Königes von Preußen

des H. R. Reichs Churfürſten und Erzkämmerers

2c. 2c. 2c.

unſers Allergnädigſten Königes und Herrn

wurde

## die Freude des Landes

in einer

den 29ſten Jänner 1778

auf dem Elbingiſchen Gymnaſio

gehaltenen Redübung

mit pflichtmäßiger und allerunterthänigſter Devotion

vorgeſtellet

von

Johann Lange

des Gymnaſiums Rector.

---

Elbing, gedruckt bey Johann Gottlieb Rohrmann.

## Der Vorredner

## George Theodor Land

eröfnet die Redübung mit den Worten des Cicero: In tempore venire, rerum omnium eſt primum, und bittet ſämtliche reſpective Höchſt- und Hochzuehrende Anweſende um ein geneigtes Gehör.

Michael Ernſt Röske
Johann Jacob Raths
Carl Wilhelm Truhart
Gottfried Ferdinand Kern
Johann Jacob Störmer
Samuel Gottlieb Raths

reden überhaupt von der Zeit.

Theodor Friedrich Hennings
Chriſtoph Ephraim Gallew
Samuel Jacob Theodor Schumacher
George Salomon Pfeiler
Johann Jacob Steinau
Carl Ernſt Konopacki
Johann Friedrich Kreutzberg
Samuel Gottlieb Ohlert
Friedrich Gottlieb Knäbel
Nathanael Behring
Carl Wilhelm Pahlau
Johann Jacob Segre
Johann Ernſt Hanff
Franc. Joſeph Segre
Johann Jacob Rehagen
Johann Heinrich Fehrmann

beweiſen, daß die ganze Lebenszeit der Menſchen aus beſtändig abwechslenden Freuden- un Trauerſtunden beſtehe.

## Martin Thomas Schmidt

behauptet, daß die wahre Urſache von dem Zuſammenhang der freudi[illegible] und betrübte[illegible] den in der Vorſorge Gott[illegible] liege.

Johann Daniel Braun
Carl Friedrich Hennings
Johann Theodor Gottfried Kawerau
Samuel Chriſt. Schmidt
Johann Peter Stricker
Johann Jacob Porſch
Johann Jacob Neum[illegible]nn
Gottfried Hä[illegible]l
Wilhelm [illegible]rmer
Johann [illegible]nel Link
Chriſt. [illegible] Pahlau
Johann [illegible] Schör[illegible]

reden von drey beſondern Freudentagen de[illegible] Menſchen.

45

## Johann Jacob Möller

ſpricht von bedenklichen Geburtsſtunden.

## Wilhelm Alexander Heinrich v. Bequignoll

führet einige merkwürdige Geburtstage an.

## Jacob Daniel Zabienski

redet von der Freude des Landes an dem glücklichen Geburtstage des Monarchen.

## Philipp Schröter
## Johann Daniel Rogge
## Carl Ernſt Dewitz

erwecken ſich, an der Freude des Landes Theil zu nehmen, wegen Fortdaur des Friedens.

Jacob Lebrecht Gallew
Johann Samuel Thieſen
Samuel Ephraim Knäbel
Johann David Mittag
Friedrich Wilhelm Kern
George Gottfried Behring
Chriſtian Hindemit

beweiſen, daß auch das Wachsthum der Wißenſchaften zur Freude des Landes Gelegenheit gebe.

## Carl [illegible]iedrich Theodor Rindfleiſch
## Joh[illegible]n Ferdinand Konopacki

[illegible]n eine [illegible] [illegible]childerung von dem Freudebringenden Tempel des Friedens und der Gelehrſamkeit.

[illegible]d [illegible]k
[illegible]ottfried [illegible]lert
[illegible]el Oh[illegible]
[illegible]fried [illegible]chewitz
[illegible]openhag[illegible]
Heinrich Ernſt Kobligk
Johann Heinrich Porſch
Michael Gottlieb Helwich
Gottfried Klein
George Michael Moiſchewitz

[illegible]e von der Freu[illegible] des Landes über die Aufnahme des Handels.

## George Chriſtian Theodor Brakenhauſen

ſpricht von der Freude des Landes über die Erhaltung des Monarchen in ſo manchen Gefahren.

## Johann Chriſtian Porſch.

Von der rechten Anwendung des erfreulichen Königlichen Geburtstages.

## Samuel Chriſtian Oloff

behauptet, daß, die Freude des Landes zu vermehren, Sr. Königlichen Majeſtät ein langes Leben von Gott zu erbitten ſey.

Carl Ferdinand Sieffert
Martin Gottlieb Grüttner
Johann Carl Friedrich Kobligk
Chriſt. Ephraim Schröter
Jacob Gottlieb Gröning
Johann Carl Ernſt v. Pflanz

durch die Freude dieſes Tages gereitzet, wünſchen ihrem Allergnädigſten Könige und Herrn gute Geſundheit und ein langes Leben.

# Der Nachredner.

## Carl Otto Vorhoff

beweiſet, daß Reden ſowohl als Schweigen ſeine Zeit habe, danket für die anſehnliche Gegenwart, und empfiehlet das Gymnaſium dem geneigten Andenken der ſämtlichen Höchſt- und Hochzuverehrenden Anweſenden.

339

DE

# *DIVINO PACIS DEAE APVD ROMANOS CVLTV*

DISSERENS

AD

AVGVSTISSIMVM

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI

# FRIDERICI II.

REGIS BORVSSIAE

ELECTORIS BRANDENBVRGICI

S. R. I. ARCHICAMERARII ET PRINCIPIS ELECTORIS

SVPREMI SILESIAE DVCIS

ETC. ETC. ETC.

REGIS AC DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI

NATALEM LXVIII.

CRASTINA LVCE

IN GYMNASIO ELBINGENSI

CELEBRANDVM

MAGNIFICVM ET AMPLISSIMVM

CIVITATIS MAGISTRATVM

VT ET RELIQVOS

MVSARVM PATRONOS AC FAVTORES

OMNI REVERENTIA AC HVMANITATE

INVITAT

AN[illegible]ES LANGIVS

GY[illegible] RECT. P. TH. P. ET BIBL.

ELBINGAE, TYPIS NOHRMANNIANIS.

Tanto religionis ſuperſtitioſae ſtudio antiqui imbuti erant Romani, vt non erubeſcerent, in deorum dearumque numero augendo omnem adeo excedere modum, vt ſapientiores quoque ex illis, Socrates, Plato & Cicero, vanitate numinum agnita, eorum riderent multitudinem. Non enim hominibus modo, fama meritorum ac beneficiorum aliis exhibitorum inclutis, inter deos locum vindicabant, ſed virtutum quoque & potentiarum nominibus tanta Romanis veneratio erat, vt aras illis tem laque exſtruerent, pie frequentanda. Hinc non h mines modo pro diis habendos eſſe iudicabant, quibus magna quaedam vtilitas ad cultum erat inuenta, ſed ipſas etiam res vtiles ares d im titulis inſigniebant. Eo enim Fortunae, Concordiae & Victoriae deitatis vindicabant; Pacem vero deam praeprimis cultu

cultu colebant religioſo. Hanc quippe fontem omnis felicitatis inexhauſtum habendam, omneque illud, quod generi humano vtile, gratum & jucundum, a Pace deriuandum eſſe ſtatuebant. Hinc Philemon admirabundus ita exclamat: "O amabilem & hominum amantem deam! Nuptias, "feſtos dies, conſanguineos, amicos, diuitias, ſanitatem, cibum, vinum, voluptatem, haec dat. "Haec omnia ſi deeſſent, periret ſimul tota viuentium vita." Pacis enim tempore portae ciuitatis, inter arma clauſae, iterum panduntur; panduntur eodem etiam ad diuitias, honores & dignitates, imo ad tranquillae & longioris vitae vſuram viae. Quod pacis encomium pagani a conſuetudine Judaeorum videntur hauſiſſe. Illi enim optima, ſalutaria, & omnibus numeris perfe[illegible]ima aliis adprecaturi, hac vtebantur formula: pax vobis! Quod videre eſt in exemplo Chriſti, qui poſt reſurrectionem ſuam foribus clauſis ad [illegible]iſcipulo[illegible] veniens, non modo pacem, id [illegible] fauſt[illegible] & fortunata optabat, ſed quae optaba[illegible] inſimul conferebat.

Quamuis vero paci ſalutiferae ſua conſtet dignitas, honos ſuus: in eo tamen gentiles a veritatis & aequitatis tramite diſceſſerunt, quod, quae a principe pacis, DEO benigniſſimo proueniunt, paci ipſi attribuerint, eamque veluti deam templis arisque cohoneſtarint. Quem enim fugit deae Paci maximum & opulentiſſimum Romae exſtructum fuiſſe templum, non quidem a Numa Pompilio, quo regnante pauperes in religione ritus, & vilia de ceſpite erant altaria, ſed a Veſpaſiano, qui aedi, a Claudio inchoatae, vltimas admouit manus, eamque reddidit longe ſplendidiſſimam. Eo enim pretioſiſſima templi hieroſolymitani vaſa a Tito Veſpaſiano, Iſacidarum victore, repoſita fuiſſe, ipſe Joſephus, rerum judaicarum ſcriptor, auctor eſt. Hoc vero templum [illegible]lcherrimum ac opulentiſſimum Commodo i[illegible]ante fulmine incenſum atque deletum [illegible], Rom[illegible]rum docent annales.

Fuit & [illegible]omae in templo Pacis ara, eidem ex[illegible] a V[illegible]paſiano, omni opulentia, omnique [illegible]ndec[illegible]ata. Hinc non in hujus modo, [illegible]m quoque Romanorum imperatorum

nummis illa Pacis ara expreſſa apparet. Ad hanc aram confugientes, immunitatem impunitatemque conſequebantur, ſi eam amplexi fuiſſent. Qui mos non in Latio tantum aut more Romano, ſed in Graecia etiam receptus fuit. Athenienſes enim, principatu maritimi imperii a Lacedaemoniis impetrato, aram Paci publice exſtruebant, eique deae puluinar inſtituebant, quam Callias, legatus Perſarum, qui pacis conditiones Athenas attulit, teſte Plutarcho, ſummis condecorauit honoribus.

Facile porro conjecturatu eſt, hoſtias quoque, imo ſacrificia deae Paci eſſe oblata, templo araque ei exſtructis. Non quidem legimus, Paci etiam flaminem fuiſſe conſtitutum, ſicuti Ioui, Marti & Quirino, qui ſuos habuere ſacerdotes, non niſi horum deorum ſacra facientes. Dum enim I[illegible]is ridentis veneratio omnibus in votis fuit ac de[illegible]is: hinc qui modo cunque apud veteres Roma[illegible]os ſacrorum curam habebant & adminiſtrabant, etiam cultui I[illegible] cis diuino praeerant, eidemque ſua ſacra[illegible]nt

Hac ratione dea Pax a Roman[illegible] cole[illegible] primis belli tempore, in quo eam prec[illegible]

plicationibus excitare ſtudebant, vt ad Quiritium fines domoſque iterum rediret. Verum enim vero hanc deam fictitiam coecis relinquamus gentilibus, ex oraculis ſacris edocti, auream & omnia exhilarantem pacem diuinae originis eſſe, non niſi a DEO, aeterno pacis principe, petendam ac impetrandam. Saluator enim dulciſſimus, qui pacificos praedicat beatos, ideo homo natus eſt, vt generi humano veram afferret pacem, eamque injuria temporis interruptam reſtitueret. Quid enim pace vtilius, quid melius optari poteſt? Majores oleam illius ſymbolum eſſe voluerunt, quod, vt ſemper haec viret, foliis nunquam orbatur & fructus variis hominum vſibus accommodatos profert: ſic plurima maximaque a pace ad mortales commoda & emolumenta manant profluuntque. Hanc ergo perennis felicitatis ſcaturiginem in oculis, in deſideriis ſemper habere iuuat.

Id quo cui potius quam Muſis, pacem aman- quando magis obſeruandum eſt, quam mis hoſtilibus in Germania fulgentibus, SE- AC POTENTISSIMI REGIS, FRIDERICI II,

REGIS

REGIS AC DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI diem natalem, qui praeterita ſolis die recurrit, ſumma animi pietate celebramus. Quem ad modum enim quotannis Muſarum noſtrarum fuit, CLEMENTISSIMI REGIS NOSTRI VItam ſalutemque DEO commendare: ita in praeſenti ab officii religione declinare, nefas eſſe duximus

Quod itaque felix fauſtumque DEVS eſſe jubeat! ILLVSTRES ET GENEROSISSIMOS MAECENATES, MAGNIFICVM ET AMPLISSIMVM CIVITATIS REGIAE MAGISTRATVM, nec non EXPERIENTISSIMOS, PLVR. REVERENDOS, CLARISSIMOS, PRAENOBILES, NOBILES, SPECTABILES, omnesque litterarum & litteratorum FAVTORES humaniſſime ac enixe rogamus, craſtina luce maximum Gymnaſii acroaterium honorificentiſſima & exoptata ſua praeſentia dignum habeant, DEVM indefeſſis nobiscum imploratu[illegible] precibus, vt non modo REGEM INDVLGENTISSIMV[illegible]ianum, fortem ac incolumem in multos adhuc [illegible]nos conſeruare, ſed terris quoque disjunctiſſimi[illegible] [illegible]ſtiſſi FRIDERICI ſceptro ſubjectis, im[illegible] christiano pacem ac concordiam q[illegible]n be[illegible] reddere velit. Dab. Elb. D. XXVII. Jan. MD[illegible]

# Seiner Königlichen Majeſtät
# Friederichs des Zweyten
## Königes von Preußen
des H. Röm. Reichs Kuhrfürſten und Erzkämmerers,
wie auch ſouverainen Herzögs von Schleſien
ꝛc. ꝛc. ꝛc.

unſers Allergnädigſten Königes und Herrn

## glücklich erlebtes Geburtsfeſt

feyerte

den 28ſten Jenner 1779

mit der allerunterthänigſten Devotion

das Elbingſche Gymnaſium

unter der Anführung

des

## Johann Langen

des Gymnaſiums Rectors und öffentlichen Lehrers.



gedruckt mit Rohrmannſchen Schriften.

# Die Hofnung

## als ein ſicheres Mittel der Zufriedenheit bey den widrigen Schickſalen des menſchlichen Lebens.

### Der Vorredner

### Johann Jacob Möller

redet von der Gewonheit der Römer, den Tempel des Janus zur Zeit des Krieges zu eröfnen, und bittet um ein geneigtes Gehör.

Carl Auguſt Friedrich von Block
Carl Friedrich Hennings
Johann Theodor Gottfried Kawerau

erwecken ſich und andere zur Feyr des Königlichen Geburtstages.

Jacob Daniel Zabienski
Johann Chriſtian Porſch

behaupten, daß es der Klugheit eigen ſey, auf alle Begebenheiten [illegible] Zeit ein wachſames Aug zu haben.

Theodor Friedrich Hennings
Samuel Jacob Theodor Schumacher
Johann Jacob Steinau
George Salomo Pfeiler

Carl Leopold Sk[illegible]
Carl Ernſt Konor[illegible]
Carl Friedrich [illegible]
Ernſt Gottlieb [illegible]

beweiſen, daß die gegenwärtige Zeit ſonderlich [illegible]

Chriſtoph Ephraim Gallew
Nathanael Behring
Johann Heinrich Wegmann
Auguſtin Hahn

Johann Jacob Segre[illegible]
Carl Wilhelm Pahla[illegible]
Johann Carl Zilcher
Michael Ernſt Rößke

klagen über das Elend des menſchlichen Lebens.

George Traugott Boy

Carl Michael Lippert
Franz Joſeph Segre
Michael Samuel Gottlieb Schulz
Jacob Wiens
Anton Wöike
Johann Ernſt Hanff
Johann Heinrich Fehrmann
Carl Wilhelm Truhardt
Gottfried Ferdinand Kern
Johann Jacob Störmer
George Dever
Johann Michael Braun

reden nach Art der Kinder von dem Elend ihres Lebens, und richten ſich mit der Hofnung auf.

Johann Friederich Pahlau
Johann Jacob Rahnke
Johann Samuel Schönborn

führen einige Klagen über beſondere Vorfälle an.

## Chriſtian Samuel Oloff

findet dieſes allgemeine Elend in den Worten des Königes Salomonis: Es iſt alles eitel.

## Carl Friederich Rindfleiſch

wünſchet ein Mittel zu erfahren, das Elend des menſchlichen Lebens gelaſſen zu ertragen.

Jacob Neumann

Jacob Lebrecht Gallew
Johann David Mittag
Friedrich Wilhelm Kern
George Gottfried Behring
Chriſtian Hindemit
Johann Friederich Kreuzberg

...len im Leiden die Gedult und die Hofnung.

Fri... ...dor Poſelger
Joha... ... Samuel Schmidt
Johann Jacob Mnioch
Johann Chriſtoph Poſelger

rühmen die Tugend der Geduld.

## Martin Thomas Schmidt

...Hofnung vor, als das ſicherſte Mittel zur Zufriedenheit in allen Wiederwärtigkeiten.

...aniel Baum
...hriſtian Schmidt
...ter Stricker
Gottfried Härtel
Wilhelm Störmer
Carl Chriſtoph Kawerau

... daß die Hoffnung das beſte Mittel zur Zufriedenheit im menſchlichen Leben abgebe.

Philipp Schröter
Johann Daniel Rogge
Carl Chriſtian Ernſt Dewitz
Martin Gottlieb Grüttner

reden von dem Werth der Hofnung.

Jacob Gottlieb Gröning
Jacob Gottfried Moiſchewitz
Heinrich Gottlieb Ernſt Kobligk
Johann George Heinrich Land
Johann Gottfried Klein
George Wilhelm Moiſchewitz

erheben die Hofnung bey der göttlichen Regierung im Krieg und Frieden.

Carl Ferdinand Sieffert

führet die Loſung eines Hoffenden an: Nachmals beßer.

Johann Carl Friedrich Kobligk
Gottlieb Friedrich Theodor Skubovius
Chriſtian Ephraim Schröter
Johann Carl Ernſt von Pflanz
Gottfried Kopenhagen

behaupten, daß der ſtärkſte Grund zur Zufriedenheit in der Hofnung der zukünſtigen Herrlichkeit beruhe.

Johann Ferdinand Konopacki

wünſchet, daß die Hofnung des Friedens bald erfü[illegible] werde.

Carl Otto Vorhoff

ſchicket für des Königes Leben und deſſen Erhaltung die theuref[illegible]che zu Gott ab

Der Nachredner

George Christian Theodor Brak...

erkennet die gegonnte Gegenwart ſo vieler Muſenfreunde mit
und ſchläßet die Redübung mit Wünſchen und Empfehlu...

345

AD

# SACRA NATALITIA

SVBMISSA REVERENTIA CELEBRANDA

QVIBVS

# SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO

## PRINCIPI ET DOMINO

# DOMINO

# FRIDERICO II.

## BORVSSIAE REGI

MARCHIONI BRANDENBVRGICO

S. R. I. ARCHICAMERARIO ET PRINCIPI ELECTORI

SVPREMO SILESIAE DVCI

&c. &c. &c.

## REGI AC NVTRICIO LONGE CLEMENTISSIMO

# NATALEM LXIX.

CRASTINA LVCE

DEVOTISSIMVM MAIESTATI EIVS GYMNASIVM ELBINGENSE

GRATVLABITVR

*ILLVSTRES ET SAGO ET TOGA INCLVTOS MAECENATES AMPLISSIMVM CIVITATIS MAGISTRATVM, OMNESQVE LITTERARVM FAVTORES ET CIVES*

OBSERVANTISSIME ET PERHVMANITER INVITAT


## IOANNES LANGIVS

GYMN. RECT. PR. TH. PVBL. ET BIBL.


ELBINGAE, TYPIS NOHRMANNIANIS.

48

In annos ire debet, quanto gaudio, quantaque laetitia Ciuitas Elbingenſis ejusque Muſae affectae fuerint, poſteaquam praeterita Lunae die auſpicatiſſimus FRIDERICI II. Boruſſorum Regis, canitie, prudentia, clementiaque venerabilis, nonus & ſexageſimus illuxit natalis. Quae enim gratia! qui fauor diuinus, FRIDERICVM jam ſeneſcentem [illegible] omnium in Europa Regum facile Neſtorem, [illegible]ptri Pruſſici gloriam tot inter imperii [illegible]bores, [illegible]s ac ſolicitudines, ſanum adhuc & colum[illegible]tutibus ac meritis ſuis in dies augere.

[illegible] quidem neſcius ſum, multa hac occaſione [illegible]ectatum iri, verſante in ampliſſimo ſcri-

bendi argumento; aſt breuibus me expediam. Viuit & vtinam diu adhuc viuat FRIDERICVS, fortiſſimus hoſtium propulſator, feliciſſimus ſuorum propugnator, & prudentiſſimus pacis reparator! Quem enim fugit, Conſumatiſſimum hunc Principem, quoties dubii Martis aleam imperterritus ſubiit, acerrimos hoſtium conatus fregiſſe, & maximarum victoriarum gloria totum, qua patet, orbem impleuiſſe? Quem fugit, Patrem Patriae Munificentiſſimum turbulentos atrocium bellorum fluctus ſaepius compoſuiſſe, & Pruſſiam omnesque ſceptró Boruſſico ſubjectas prouincias ex interitus funeſti faucibus armata ſua dextra liberaſſe? Quem fugit, FRIDERICVM Noſtrum, vere pacificum, poſt turbidam illam ſaeuientis belli tempeſtatem amoena pacis tempora, placidosque [illegible] ibus ſuis reddidiſſe? Non eſt cur tempo[illegible] raete[illegible] torum curſum in memoriam reu[illegible] nos [illegible] omnes, quibus Serenisſimus No[illegible] aſi De[illegible] quidam tutelaris ad gubernacula [illegible] regno Pruſſico praefuit, percurram, ex [illegible] annalibus, quae affirmaui, probaturus. Ad[illegible]

modo, quod ſuperauimus, nouiſſimum prouocandum eſt, euidentiſſimum virtutum regiarum teſtem.

Celſiſſimo enim Bauariae Electore rebus humanis vix erepto, funeſtiſſimum in Bohemia, Sileſia, aliisque locis, vt omnibus conſtat, oriebatur bellum, quod magnae Germani orbis parti exitiale eſſe videbatur, maxime dum Potentiſſimi Principes ac Heroes in puluere martio ipſimet pedem ponere, & in conſpectu exercituum ſuorum fortiter vel victoriam deportare, vel honeſta morte defungi, honori duxerunt. Aſt, quae DEI eſt miſericordia! Omni ſpe citius candida illa & deſiderata dies illuxit, in qua absque multa ſanguinis humani profuſione, Germaniae optata pacis ſerenitas reducta eſt.
rei memoriam inter alios duo Bero-
ummi, quos poſteritati commendare

um in altera parte exhibet vultum
hac cum inſcriptione: FRIDE-
SSORVM REX; in altera vero Mi-
neruam,

neruam, quae, in thorace Meduſae capite ornata, ſiniſtra manu clypeum cum aquila Pruſſica additis verbis SVVM CVIQVE tenet; dextra vero lanceam in terram dimittit, ex cujus haſtili virgula oleoginea progerminat, hoc cum lemmate: HANC INCRVENTA FRAXINVS, ad indicandum, pacem absque praelio commiſſo initam eſſe. Infra ſequentia leguntur ſcripta: PACata GERMania TESCHinae SILESiorum D. XIII. Maji. MDCCLXXIX.

Quod ad alterum pulcherrimum aeque ac nitidiſſimum, huc ſpectantem, attinet nummum, ille in anteriori facie vultum Regis laureatum, in ſtylobata poſitum, exhibet, in quo ſequentia inſculpta leguntur: FRIDERICVS BORVSSORVM REX IVSTVS ARMIPOTENS. Ad imaginis h[illegible] [illegible]iſtram Bellona armata apparet, quae alia ma[illegible] lorum ardentem habet; alia vero [illegible] natum in tabulam geographicam [illegible] & nomine Bauariae inſcriptam port[illegible] autem ejusdem figurae Themis conſpicu[illegible] ſiniſtra gladium & libram compoſitam [illegible]

gito vero dextrae Regem oſtendit. In poſtica iterum Bellona ſed togata, in rupe quidem ſedens adparet, quae galeam in manibus habet, & clypeum ac ſuccingulum in terra poſitum adſpicit, e cujus regione oliua effruteſcit, hac cum epigraphe: OLIVA LAVRO POTIOR, additis infra ſequentibus: LITIBus DIREMTis PACE TESCHENienſi. Die XIII. Maji. MDCCLXXIX.

Agnoſcamus jam, agnoſcamus, inquam, ſingularem DEI erga terras Pruſſicas beneficentiam, qua nobis ſub REGE viuere licet, quem virtutis ac clementiae gloria, vt corpus vmbra, vbiuis locorum ſequitur, quique turbida non minus quam ſerena tempeſtate imperii clauum forti manu & prouida n[...] regit.

[...] hujus felicitatem intelligunt etiam [...]ſes, auſpicatiſſimum Nutricii Au[...] pio gaudio celebraturae. Tu ergo, [...]ciſſim[...]ſima, tu, Elbinga, debita gratulatione [...]ietate ad celebrationem Numinis Supremi aſſurge,

aſſurge, quae per tot temporis ſpatium REGE vteris Serenisſimo, Munificentisſimo, & vt diu adhuc tanto bono vti, frui poſſis, calidiſſimas nobiscum ad DEVM funde preces.

Cui feſtiuitati anniuerſariae cum craſtina dies ſit dicata, ILLVSTRES MAECENATES, MAGNIFICVM, GENEROSVM & AMPLISSIMVM CIVITATIS MAGISTRATVM, nec non EXPERIENTISSIMOS, PL. REVERENDOS, PRAENOBILES, NOBILES, SPECTABILES, HVMANISSIMOSQVE, ac reliquos litterarum FAVTORES debita reuerentia & humanitate decenti rogamus, vt piis Gymnaſii conatibus fauere, iisdemque beneuole intereſſe velint. Dab. Elbingae, MDCCLXXX. d. XXVI. Ian.

Der

# Hohe Geburtstag

## Sr. Königl. Majeſtät

# Friederichs des Zweyten

## Königes von Preußen

des H. R. Reichs Churfürſten und Erzkämmerers

rc. rc. rc.

## Unſers Allergnädigſten Königes und Herrn

wurde

den 27ſten Jenner 1780

auf dem Elbingſchen Gymnaſio

allerunterthänigſt gefeiret

von

**Johann Lange**

des Gymn. Rector.

Elbing

mit Nohrmannſchen Schriften.

# Wünſche
## dem Thron des Königes
gewidmet.

### Der Vorredner
### Carl Otto Vorhoff

bewillkommet die Höchſt- und Hochzuverehrende Anweſende, und bittet um ein geneigtes Gehör.

Friedrich Theodor Poſelger
Johann Theodor Samuel Schmidt
Johann Chriſtoph Poſelger
Johann Heinrich Raſchke
Carl Ernſt Kawerau

ermunteren zur Feir des Königlichen Geburtstages.

### Johann Carl Friedrich Ziegenſpeck
### Martin Gottlieb Grüttner
### Gottlieb Friedrich Theodor Skubowius

behaupten, daß die Regierungswürde Luſt und Laſt mit ſich führe.

Johann Jacob Gallew
Samuel Jacob Theodor Schumacher
Johann Jacob Steinau
George Salomo Pfeiler
Carl Ernſt Konopacki
Carl Ludwig Schlubach
Ernſt Gottlieb Bönert
Gottlieb Gregorius
Johann Jacob Segre

reden von der Regierungswürde und Bürde.

### Martin Thomas Schmidt,

ein Schutzengel des Regentenſtandes, unterſucht, was man einem von Gott erbitten ſoll.

### Johann Ferdinand Konopacki

zehlet zuvörderſt hieher den Sieg über die Feind

Carl Michael Lippert
Michael Ernſt Röske
Carl Ludwig Schadebrod
Carl Wilhelm Truhart
Michael Samuel Gottlieb Schulz
Johann Jacob Störmer
Johann Ernſt
Johann Jacob We
Johann Ephraim Link
Gottfried Ferdinand Ke
George Jacob Härtel
Johann Samuel Kawer
Sigmund Gottlieb Kawerau

ſagen, daß es patriotiſch ſey, dem Fürſten Sieg über ſeine Feinde anzuw

Johann Iſrael Ohlert
Johann Friedrich Burchart
Gottfried Härtel
Chriſtian Friedrich Pahlau.

Ein fürſtliches Anſehen erfordert Reichthum und große Schätze.

Samuel Gottlieb Raths
Anton Wölcke
Johann Carl Heinrich Möller
Ferdinand Heinrich Möller
Johann Chriſtoph Silber
Carl Ludwig von Herzberg
Samuel Lebrecht Irmler
Johann Gottfried Zimmermann
Heinrich Torborg
Sigmund Bernhard Fehrmann.

Dem Fürſten ſoll man Reichthum und volle Schätze anwünſchen.

Chriſtian Ephraim Schröter
Gottfried Kopenhagen
Johann Jacob Mnioch
Johann Gottfried Klein

beweiſen, daß einem Regenten die Geſundheit nöthig ſey.

Carl Michael Pahlau
Johann Jacob Raths
Chriſt. Ephraim Gallew
Franz Joſeph Segre
Jacob Wiens
Michael Siegmund
Nathanael Behring
Auguſt Hahn

ſind der Meinung, daß man einem Fürſten nichts ſo ſehr, als Geſundheit und langes Leben anwünſchen ſoll.

Carl Auguſt Friedrich von Block
Heinrich Gottlieb Ernſt Kobligk

unterſuchen: Ob auch ein großer Name und ein guter Ruf zu den Wünſchen eines Fürſten gehöre?

Carl Chriſtoph Kawerau
Johann Heinrich Rahnke
Johann David Mittag
Johann Friedrich Kreutzberg

bejahen [illegible] Fürſt ſich um einen großen und unſterblichen Namen bewerben ſoll.

Jacob Daniel Zabienski

[illegible]eynamen, ſo die Regenten des Königl. Preußiſchen und Chur-[illegible]randenburgiſchen Hauſes geführet.

[illegible]ohann Chriſtoph Porſch

[illegible]r die Weisheit, als die größte Zierde eines Fürſten.

[illegible] Porſch
[illegible]ebrecht [illegible]ogge
[illegible] Wilhelm Kern
George Gottfried Behring
Theodor Friedrich Hennings
Heinrich Krieger
Johann Benjamin Hingelberg

[illegible]pten, daß die Wei[illegible]it alle königliche Tugenden in ſich faße.

Jacob Gottlieb Gröning
George Michael Moiſchewitz
Jacob Gottfried Moiſchewitz
Daniel Chriſtian Schmidt

erheben das Lob der Weisheit.

## Philipp Schröter
## Johann Daniel Rogge

unterſuchen die Frage: Ob Weisheit oder Geſundheit den Vorzug verdiene?

Carl Friedrich Hennings
Johann Theodor Gottfried Kawerau

beweiſen, daß in der Weisheit die größte Glückſeligkeit und das höchſte Gut auf Erden liege.

## Johann Carl Friedrich Kobligk

behauptet, daß alle dieſe Wünſche in der geheiligten Perſon Sr. Königl. Majeſtät anzutreffen.

## Carl Ferdinand Sieffert

bittet Gott, daß er dieſe Wünſche an Unſerm Allergnädigſten König und Herrn weiter wolle in die Erfüllung gehen laſſen.

## Der Nachredner
## George Chriſtian Theodor Brakenhauſen

danket für die Hochgeneigte Gegenwart, und machet mit wohlgemeinten Wünſchen den Beſchluß.

# Muſictext
## bey der Feier
## des Königlichen Geburtsfeſtes
in einem Schul-Actu 1780
wegen der eingefallenen Trauer der Prinzeſſin von Preußen nicht aufgeführet.

### Arie.

Jauchzet nun! bringt Dank! bringt Lobeslieder
Dem großen Gott, der Wunder thut,
Und über Thron und Länder ruht
Mit Segen, Glück und viel Verſchonen!
Noch gehet es dem König wohl.
... ſtolzer Ruh und wonnevoll
Sie... Er ſein Wiegenfeſt heut wieder.

V. A.

nichts,
... i ... d e r i ch allein
Zahn der Zeit, im Alter Jugend ſeyn.
... ſechzig mal iſt Ihm der Tag erſchienen,
er...en Sch...ritt
...ienen.

Sein

Sein Glanz entdecket uns noch heut ein Wohl,
Das vieler tauſend Herzen reget,
Und ſie freudlächelend zum Jubelthon beweget:
Denn wer das Glück des heutgen Tages kennt,
Der Segen bringt, und reine Wohlfarth giebet:
Wer in der Ehrfurcht ſich
Für Gott und Friederich
Mit allem Eifer übet,
Der ſieht es ein, daß man ihn feſtlich feiren ſoll.
Sey uns demnach auch heut willkommen,
O angenehmer Tag! Erfreutes Sonnenlicht!
Das Preußens Völkern Heil, den Muſen Schutz verſpricht.

## Schlußchoral.

O Herr der Cherubinen
Stärk Unſern Salomon.
Laß Glück und Heil Ihm dienen,
Und ſtütze ſeinen Thron.
Der Friederich gegeben
Zu Preußens gröſtem Ruhm,
Schenk Ihm auch langes Leben
Zu ſeinem Eigenthum.